



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anima Historiae Hujus Temporis In Invicto Caroli V. Et Ferdinandi I. Fratrum Imperio, Repræsentata

Masen, Jacob

Coloniae Agrippinae, 1672

Liber II. Historiarum Caroli V. & Ferdinandi Imp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-28359



LIBER II.

Historiarum Caroli V. & Ferdinandi Imp.

An. Chr.

I.
 Naviga-
 tionu In-
 dica pri-
 ma ab
 Hispania
 ducta au-
 spiciis.
 Olorius
 lib. 11.
 Massus
 in hist.
 Indica.
 Villoa lib.
 2. vitæ
 Carol.
 Christo-
 phorus
 Colum-
 bus Ligur
 Ferdina-
 di Regis
 Catholici
 impensis
 ad Flori-
 da Prin-
 cipesque
 Insulas,
 aurs di-
 vites, pe-
 nitra.
 Hspa-
 niolam
 Cubam-
 que & a-
 lia loca
 Colibus
 detegit,



Operat ingens hoc sæculo per ignotas oceani regiones in Hi-
 spana Lusitanaque gente peregrinandi ardor. Alios novarum
 mercium spes, & cupiditatis alimentum, opes; alios periclitan-
 tium in densis fidei tenebris animarum salus laudabiliori desi-
 derio rapuit. Casus, an industria primam mortalibus viam
 huc fecerit, propemodum anceps. Navis quædam Africani
 maris sectata commercia, ubi ventorum fluctuumque arbitrio
 diu rapta esset, ijs se deniq; littoribus sensit adhærescere, quæ ignorata hactenus
 vectorum scriptorumq; diligentia fames plerosq; absumeret. Maderam tamen,
 quod in extrema rerum indigentia fames plerosq; absumeret. Maderam tamen,
 Lusitanorum imperio subjectam Insulam, tenuit, & Christophorum istic
 Columbum hospitem natione Ligurem nactus, exhaustæ laboribus penuriâq; vi-
 tæ reliquias expiravit. Relictos ab illo institutæ navigationis commentarios,
 dum Columbus evolveret, incognitas Occidentem gentes colere, pro indubitato
 habuit. Ergo Lusitanum Regem, Anglum, Gallum, Hispanumque, deluso sæ-
 pius, ob viri humilitatem, rei que novitatem, conatu, adiit. Dum apud Ferdinan-
 dum denique Castellæ Regem septennij pertinaciâ tres naves regijs impensis
 obtineret. His anno 1492. Franciscanæ familiæ religiosi sibi additis, ex Ba-
 tica per Atlanticum oceanum Insulas Canarias petijt, inde Occasum versus ma-
 gnis aquarum delatus spatijs, non tantum adversus infesta æquora; sed etiam
 desperationem convitiâque sociorum pugnans, Insulas aliquot, quarum unam
 Floridam, alias Principes nuncuparunt, exoptato cursu tenuit: cumque hic ali-
 quod dedisset tempus ad barbarorum hominum ingenia humanitate atque arte
 sibi concilianda, non inutili rerum, quas terra istic gigneret, auri in primis copiâ,
 ad suos reversus, Europæ Regum, populariumque suorum animos hoc studio
 vehementer inflammavit, ut impendio hanc navigationem curarent. Ipse Co-
 lumbus repetitis excursionibus dux additus, quodcunque ab oceano Magella-
 nico ad Boiadoris promontorium terræ propemodum marisque excurrit
 spatium, in primis Hispaniolam Cubamque, latiores ceteris Insulas, obeundo lu-
 stravit. Columbum, immortalis memoriæ virum, alij post alios subsecuti, tot
 tamque ingentia terrarum oceano innatantium corpora repererunt; ut non im-
 merito

Lusitanis que ardorem quoque navigandi injicit,

meritò alterum orbem nobis adversum constituent, Lusitanis potissimum ad laborem illum gloriamque æmulatione primum succensis, mox etiam connitendi industriâ ac felicitare superantibus.

Non enim mediocris Joanni II. Portugallia Regi ex navigatione suis auspicijs neglectâ injectus dolor: ut proinde arma etiam cogitârit ad vindicandas regno suo Insulas Principes, maritime navigationis jura sibi præcipi arbitratus. Sed Alexander Pontifex, cum ingentium sese terrarum spes, etiam præter has Insulas, aperiret, medius controversiæ arbiter, suam cuique Regum orbis regionem descripsit, & circulo, ultra Hesperidum Insulas, centum quadraginta leucis à Septentrione ad Australe cælum circumducto, nondum repertum plene orbem, ex æquo, in orientis occidentisque Solis regiones bifariam partitus est. Illæ Joanni hæc Ferdinando Pontificio diplomate concessæ sunt: quamvis omnis controversia hac definitione non steterit. Brasilia quidem Americi Vesputij, aut certe Alvari Capralis, ut alij contendunt, diligentia, anno MD aperta, Lusitanis ab eodem Pontifice adjudicata est.

De Molucis contentio ad Carolum etiam Regem delata est: de qua Masfeium, disertum rerum Indicarum scriptorem, audire juverit. * Ferdinandus, Magellanes agebat Olisipone, ingenti animo vir, & rei navalis apprimè callens. Is, quod in India sub Albuquerque duce stipendia multa fecisset, nequam pro spe præmiorum (ut in suis plerumque meritis æstimandis nimium sibi favet humana cupiditas) ab Emmanuele tractari se questus, ad opulentiorum, Caroli Cæsaris Castellæ Regis aulam transijt: ibi, cum Astronomis aliquot communicato consilio, & implacabili odio in Emmanuelem accensus, Cæsarem & consiliarios docet, Molucas insulas, quarum celeberrimis toto jam terrarum orbe divitijs Lusitani fruantur, intra Castellana conquestionis limites haud dubiè contineri. Idque non pluribus tantum argumentis è mathematica supputatione contendit; sed etiam acceptis indè literis à Francisco Serrano, in quibus de admirabili quadam ejus regionis, cum opulentiâ, tum ab aurea Chersoneso longinquitate dissereret. Profectò, si à fortibus & peritis hominibus tentetur ex Occidente iter, haud ita magno negotio è Pertuana terra in easdem insulas penetrari posse. Opem dein addit monitis: ac se, modò in eam expeditionem necessaria prabeantur, in omne discrimen experiundi causâ paratùm ostendit.

Movit Cæsarem & magnitudo promissi, & Fernandi autoritas cum testimonio Serrani conjuncta. Quinque compactis egregiè navibus, eximio & navata & milite ad Hispalim instructis, (quo in numero exules erant Lusitani complures) unus Magellanes cum summo imperio ac potestate præficitur. Cum ijs navibus, Bati fluvio in altum oceanum eVectus, Canarias primùm insulas, tum Brasiliam certo jam pridem itinere petijt. Indè, velis in Austrum datis, cum ignota littora diu legisset, ad magni fluminis ostia ventum est, quod sancti Julij vulgus appellat. Is locus quinquaginta gradibus ab æquinoctiali abest circulo: neque indè longè infesto rigore & aeterno pressa gelu, nivosa montium

irritam, & occumbens ipse, molitur.

,cacu-

1521.
II.
Lusitani
sui sibi o-
cean loca
par se
indigna-
tes, Ale-
xandro
Pontifice
arbitro,
cum Hi-
spania cæ-
lege par-
titiuntur,
orientale
ill, hio-
cidentalè
India ob-
tinuerunt.

III.
De Mo-
lucis sub
Carolo V.
nata

contentio.
Ex hi-
storia Mo-
dica I. Peo-
tri Mas-
fej ver-
bis auto-
ris.

Fernan-
di Ma-
gellanes
ab Em-
manuele
Lusita-
nia Rege
ad Caro-
lum trañ-
sient, Mo-
lucas
hinc de-
beri con-
tendit.

IV.
Caroli
auspicijs
ex editi-
onem, sed

An. Chr. *irritâ & occubens ipse moritur.* cacumina in cœlum exsurgunt, terram incolunt homines immani duodecim amplius dodrantium staturâ, efferis moribus, crudis in cibum carnibus adstueti: e quibus duo ad classem attracti, blandimentisque ac muneribus à Magellane deliniti; intra paucos dies ex insolita victus consuetudine periêre. Ad eam oram explorandam missa navis una, cui præerat Joannes Serranus, in scopulos illata, salvis tamen hominibus, frangitur. Hisce rebus conterriti classarij, & præter alia maris incommoda, sævidimo frigore afflicti; incertâ vitæ & perveniendi, quò intenderant, spe, reversionem plerique suadere, quidam etiam convictio efflagitare institerunt. Hosce Magellanes, obfirmato ad omnem patientiam animo, benignis adhortationibus aliquamdiu sustentare conatus: comperit demum conjuratione, partim capite, partim exilio punijt. Quâ supplicij ac minarum acerbitate, obtupefactis interim ob omni rerum novarum conatu, reliquorum animis, ultra eum locum tres ferme gradus, hoc est, leucas circiter quinquaginta, processit; atque ibi demum sese ostendit Euripus, sinuoso meatu oceanum utrumque jungens. Eâ re tum ex incitatissimo aquarum æstu animadversâ, tum ex cetorum ossibus in litore ejectis, quasi peracto jam itinere, gratulatio ingens à Magellane facta, & Euripo ipsi ab inventore perpetuum ac nobile nomen inditum est. Ibi, commeatibus valdè imminutis, cum denuò fremitum ac querimonias quorundam inaudisset, capitis panâ propositâ vetuit ea de re sermones inferri. Tum alia navis ad inquirendum exitum præmissa; duccem frustrata, per tenebras retrò, undè venerat, Hispalim revertit, octavo mense, quàm ex eo portu discesserat. Eam navem missis, qui quærent, incallum aliquot dies præstolatus, cum reliquis tribus audacè ille progreditur: perque varios mæandros & cæcas ambages, crebro velorum flexu, tandem ex altera parte vastissimum rursus in æquor evasit.

Euripus repertus, qui Magellanum fretum ab autore est dictum.

V. *Duabus navibus amissis, cū irivus reliquis Molucas inquiris.* Et quoniam sub æquatore ipso positas Molucas esse didicerat, in eam partem proras dirigere magistros jubet, leucas mille quingentas procul ab omni terræ conspectu provecti, in desertas aliquot insulas incidere: quas ex adverso Italiæ oppositas nonnulli arbitrantur. Indè continuato in Septentriones itinere, ad Subum insulam leucarum ferme duodecim ambitu, auri feracem, frequentem incolis ventum est, ibi Magellanis labores exitu nec opinato conclusit: quippe insulæ Regulus, quod armis eo tempore cum finitimo Rege Mathani contenderet, oblatâ recentis auxilij spe, advenas non solum hospitio libenter excepit; sed etiam in eorum gratiam sese cum uxore liberisque, & popularibus circiter octingentis Christianum fieri voluit, & honoris causâ in sacro baptsmate Fernandi nomen assumpsit. Hisce necessitudinum vinculis magis magisque Lusitanus obstrictus, petenti opem & Christiano & hospiti negare non potuit. Descensione cum præstantibus aliquot factâ, Magellanes cùm semel iterumque fudisset hostem; tertio denique ex insidijs ipse circumventus occiditur. Ceteri, partim circa eum interfecti, partim elapsi, vix ad navim cum tristis nuntio pervenere. Neque hic finis miseriarum fuit. Ex quo facillè existimari potest, quàm non temerè, nec sine diligenti præparatione Barbaris Christiana sint imperienda mysteria.

A Regulo Subinsula fide conve so fallitur, & in prælio occiditur.

,Regu-

Regulus, qui vix adhibito catechismo, vel antea acta vitæ sceleribus cum salu-
tari detestatione damnatis, amicitia & temporis causâ peregrina sacra susce-
pisset; quâ mobilitate Christum induerat, eâdem paulò post & Christum ipsum,
& unâ cum Christo jus federum, fas, humanitatem, fidem penitus exiit. Obla-
tam ab hoste pacem, cum eo, si advenas è medio sustulisset, recentia merita, &
junctas nuper dextras oblitus, minimè recusavit. Tam scelerati dein facinoris
perpetrandi cum in aperta vi nulla esset spes, primarios è classe ad viginti, per
officij ac benevolentia speciem ad ferale convivium invitatos, repente inter i-
psas dapes & pocula contrucidat; uno Joanne Serano vel ad ludibrium, vel ad
lucris speciem reservato: quòd ex redemptione se partem aliquam sulphurei
pulveris, & aliquot tormenta (cujus machinæ in ijs locis nihil unquam simile
visum fuisset) capturum esse confideret. Atque una hæc spes salutis afflicto
quoque Serrano restabat: verum utrumque postmodum eventus fefellit. Nam
que productus in vinculis ad mare Serranus, novâ clade exponendâ primò so-
cios ad misericordiam lacrymasque commovit: eodemque interprete, per con-
suetos jam nutus ac symbola, cum incolis agi de pretio cœptum. Paciscebantur
utrinque pecuniæ loco duas minoris formæ bombardas, & pulveris ali-
quantum. Ea cum lintribus ad terram nautæ admovissent, subito pretium au-
gere Insulani, & recedere à conditionibus, ac redemptorem varijs artibus de-
tinere: indè altercatione cum jurgijs ortâ, cum major majorque hominum fre-
quentia ad littus afflueret, veriti fraudem & injurias classiarj, sese ad naves re-
infectâ subducunt: anchorisque sublatis, miserum Serranum frustra fas religio-
nis, amicitia, patriæ, lamentabili vociferatione obtestantem, in barbara & cru-
deli terra deltitunt.

Ad insulam decem leucas indè provecti, varijs casibus imminutas recensent
copias, fuis ac laceris magna ex parte armamentis, centum & octoginta non
amplius homines in universum inventi. Cum in tres ipsas naves, neque nau-
tæ, neque funes, neque vela sufficerent: alveo uno, qui præ ceteris quassatus e-
rat, incenso, turbam cum instrumento omni in alteram transferunt: ita duabus
tantum reliquis navibus ex eo loco discedunt: ac proris in occidentem solem
obversis, diu errabundi, ad Molucas insulam tandem aliquando perveniunt: ibi
cum Tiderio Regulo haud ægrè societas juncta. Lusitana tum aberat classis:
eò faciliùs corrasis undique frugibus, Regulo enixè adjuvante, per tot ærumnas
& pericula petatum ex insula specimen avehunt: ac trito indè itinere utraque
primùm insitit navis: dein Lusitanarum classium injecto metu: altera flucti-
bus quassata, cum omnibus compagibus aquam acciperet, ad molucas recurrit,
ibique egressis in terram hominibus, ad scopulos allisa diffringitur: altera, In-
dis ad dextram relictis, immani ausu protinus altum præcidere, & rectâ bonæ
spei promontorium petere intendit. Eo superato, cum ad Hesperidas usque
insulas processisset, inaudito post omnium seculorum memoriam cursu totum
orbem ementa, & æmulis classibus illuc usque feliciter evitatis, ab Lusitano
de-

unâ reliquâ, per oppositam reversi viam, totû orbem circum emensi sunt. Navi victoria nomen imposiit.

1511.
VI.
Regulus
persuad
invitatos
in navibus
viginis
ex navium
proceri-
bus in co-
vivio su-
stulit.

Serranus
procerum
unus in-
ter Bar-
baros de-
stituitur.

VII.
Ad duas
se naves
imminuti
numero
reducit,
& his
Molucas
attingit.

Vnde Lu-
sitanorû
regressi
metu, al-
teraque
navium
ad scopu-
los allisa

An. Chr. ,demum Limenarcha in eo portu detenta est, & pauci qui superfuerant semianimes, in custodiam traditi : è quibus tamen aliqui navi deinde recuperatâ, in Hispaniam, unus etiam, patriâ Vicentinus, obstupescens cunctis miraculi novitate, in Italiam redijt. Huic navi non sine causâ victoriæ inditum fuerat nomen. Naclerus erat Joannes Sebastianus Canus, ex oppido Guetaria Vardulorum ad Pyrenæum, vir animi fortitudine, peritiâ gubernandi, & inauditâ felicitate sanè promeritus, ut ipsius ac patriæ nomen nullus unquam casus, nulla temporum longinquitas obruat. * Hucusque Massæi fide verbisque exhibere vitium est. Hæc, post tentatum sæpius iter, navigatio ad Molucas, tandem hæc viâ quievit; tum quòd fructus labori impensisque minor; tum quòd Rex Lusitanæ Joannes III. Molucarum commercium 350. millibus aureorum à Carolo redemerit.

Erat, ultra novi orbis Isthmum, intentatum hæctenus Hispanis regnum, quod occupatum novæ Hispaniæ nomen accepit, latissimo illud diffusum ambitu, Mexicum, vastissimam, nec absimilem Venetijs urbem, pro metropoli complectebatur. Huc Ferdinandus Cortesius, Hispanæ nobilitatis homo, & arma, & religionem Caroli auspicijs, anno hujus sæculi XX primus intulit. Magnis animis ac virtute rem ausus incredibilem; cum non magno suorum numero, qui veteris militiæ usû commeatum humeris atque arma deportarent : inter quos nonnulli equites, & tormenta bellica, obvium Barbarorum exercitum, admiratione & terrore ingenti consternârunt. Non enim equitatum hominum esse genus, at Centaurorum rati, neque aliter ad tormentorum ictus, quam vibrata in se de cælo fulmina exhorruere : ita nonnullis cadentibus, facile alij in fugam acti sunt, neque urbs, & innumerabili hominum multitudine, & loci situ munitissima occupatos horrore animos ad defensionem diu erigere potuit. Admissus pactione à Motezuma Rege est, qui inibi regni sedem augustissimam fixerat, illo denique per imprudentiam suorum, dum è palatij cancellis ad tumultum componendum prospicit, ictu lapidis obruto, summa imperij potestas ad Cortesium delata est, qui excitatâ in foro, ad jus publicè administrandum, curiâ, jactisque religionis Christianæ fundamentis, expiatis delubris, ac vero Numini consecratis, infideles Christo populos initiabat.

Cortesius
sublato
Motezuma Rege,
Prorex
Mexici.

IX.
Regis Mexicanorum
potentia
palatii
ingens.

Cultus
regis
mirabilis.
Vr' is
magnis
tudo.

Quanta Regis illius potentia fuerit, Majestasque, vel ex illo intelligas, quòd pratorianæ cohortis milites, ipse suâ in aula, suâ ex mensæ reliquijs, millenos aleret; plures etiam nobilium feminarum, suis officijs ac habitationibus distinctas. Par hominum multitudini palatium, viginti portis præbebat aditum, quod ex marmore, jaspide, porphyreticoque lapide à fundamentis per conclavia ambulationesque frequentes explicatum : alibi argento, alibi auro, unionibus gemmisque variatum effulgebat; tum regio eminebat oratorio, ubi in multam sæpè noctem Idololatriæ officijs Rex intentus, familiari sui Numinis, coram apparentis, alloquio fruebatur. Cultus regius ex pretio & varietate mirabilis erat; cum habitum in dies singulos quater mutatum, nunquam eundem resumere. Subditum Regis sui intueri vultum, aut palatium tectis subjisse pedibus

dibus, piaculum erat. Urbem sexcentis familiarum millibus cultam, suis ipse hortis ad omnem voluptatem instructis, siluisque, omni animantium vapiditate ac copiâ latè diffusis, amplissimam reddidit. quæ præter interque moenia fleuntibus aquis, Venetorum præcipuæ urbis quandam referebat imaginem. Motuzemæ imperium ipsius Oceani utrimque alluentis terminis clauditur, sexcentisque passuum millibus terras complectitur, quæ regiones sub Novæ Hispaniæ nomine, magnis auri argentique proventibus divites, Cortesii operâ Cæsari additæ, tot regnorum facultates viresque magnoperè auxerunt. Ille, præter immortalem industriæ famam, sibi, posterisque, Valleflorum Marchionibus accensitis, opulentum Principatum comparavit.

Regni à-
plitudo.

Maior etiam quinto ab hoc anno Francisci Pizarri in Regni Peruvani occupatione memoranda felicitas esset; nisi, impari exitu, fortunam omnem consumpsisset. Is reperta ad levam Isthmi Peruviâ anno MDXXXV. Cum denique Atabalipam, eius loci Imperatorem, perfidè vinculis ferroque abstulisset, fertilissimum in ceteris auri argentique regnum ad amplissimas Caroli possessiones adiecit. In illa rerum copia suis repertoribus *Optimum felicitatis condimentum pax dæerat, familiari opum vitio, quæ sive acquirantur, sive possidentur seditose res sunt:* Siquidem prædæ magnitudine, quæ ex sola domuum familiarum supellectili, optimis metallis conflata, immensum augere poterant, inflammata ducum cupiditas, Almagrum, expeditionis alterum caput, cum Francisco Pizarro exitialibus odijs commisit. Is morte primus avaritiam sumpsit, Ferdinandi Pizarri fratris ferro interemptus, cuius Manibus parentavit suo mox sanguine Franciscus, ad funus Almagri, filij eius Didaci scelere, additus. Nec hic impune diu facinus tulit, Gonsalvi, alterius è Pizarrorum gente fratris, insidijs circumventus.

X.
Regnum
Peru. à
Pizarri
inventū,
mutuisq;
ex amula
tione ca-
dibus
cruentata.

Sed & Gonsalvum, potentiâ atque opibus elatum, turpique defectionis crimine latrocinij malitiam cumulantem, Petrus Gasca denique & Juris peritus, & Sacerdos, à Cæsare ad remedium seditionis destinatus, se ipsi ingenio magis, quam viribus vltus est; Nam regiâ fretus autoritate, munera ac honoris officia sibi Regique accessuris ostentabat, suo in obsequentes arbitratu conferenda. Cuius rei gratiâ diplomata regia, sigillo tantum Carolique notata manu, ceterum pura & quibuslibet signanda immunitatibus apta, detulerat, quâ liberalitate atque indulgentiâ & rebellium inflexit pervicaciam, & clientium fidem muneratus est. Dum jam firmior viris atque opibus, morte in rebellionis Principem fautoresque decretâ, quod reliquum erat seditionis facile oppressit. Ferdinandus vnus è tribus fratribus superstes, causam sublatis Almagri, ex Hispaniæ carceribus, dicere multis annis coactus est. Ita ad Pizarros maiorem occupatis amplissimis Regni Peruvani Provinciis ignominia pervenit, quam gloria; quod minori prudentiâ felicitateque partas operes tueri, quam obtinere didicissent. Hæc regna alij sub Americæ, alij Indiæ Occidentalis nomine censent. Quibus titulis Canada etiam, nouaque Francia, Regis Francisci impendijs adita; Virginia Elisabethæ Britannicæ auspicijs detecta; Brasiliaque Lusitanorum classibus frequentata continentur. Quan-

XI.
G. Gasca Sa-
cerdotis
in conci-
liando
Cæsari
regno in-
dustria

An. Chr. quam hæ tenuioris fortunæ provinciæ , ad Hispanicæ possessionis opulentiam minimè accedant.

*Alia in
occiden-
tali India
regna ab
aliis Eu-
ropæis Re-
gibus a-
dita*

XII.
*Variis va-
riorum
Incolarum
mores.*

XIII
*Mexicū
ceteris
nationi-
bus culti-
us incul-
ti Brasili.*

*Anthro-
pologia
in usu.*

*Se el en-
di mos sus
soleis.*

Eæ gentes moribus, à nostro orbe prorsus diversis, inter se parum differenti-
tibus viuunt. Plerique sub temperati frigoris elemento, nullis aduersus cæli
injurias, vestibusteguntur, Verecundia nonnullos docuit partem corporis ocu-
lis aspectantium subducere. Deformis membrorum habitus est, simæ plerif-
que nares, æneæque speciei cutis, candorem nullibi, præterquam in denti-
bus amant, hunc mansis frequenter herbis in ore; ut per membra cetera atrore,
pomorum succis alunt. Sunt qui faciem, atque imprimis labra, insertis ve-
lut opere vermiculato lapillis, profcindant; ornamenti sanè genere, quo ad
turpitudinem egregiè proficiunt. Mirum, quanta nonnullis hic gentibus,
in ipsa religionis ac vestium orbitate, pudoris cura, cum alibi puellis confutus
à teneris uterus, marito post nuptias refecandus: alibi iuencularum partus
in probro numeretur; ut proinde lapsæ abortu herbis procurato, opinionem
castitatis tueantur, innocentiam, quæ ipso sit scelere deterior. Libidinis tamen
usus ubi promiscuus alibi est, ne ad incertos gentis suæ hæreditas proueniat,
fororum filij in morientium possessiones adscribuntur. Puerperii labor multis
parum difficilis, cujus ægritudinem, inter aquas propediem abluunt, quam
vir, apud Brasilas vicinasque gentes ridiculâ morbi simulati curatione, absol-
uit; dum ipse vxoris in lecto vicem functus, à propinquis ad solatium affluen-
tibus inuisitur, rarisque atque ad lautitiem exquisitis jusculis bellariisque tan-
quam puerpera, fouetur.

Mexicanis egregia est mercimoniorum cura, & apparatus domi multus: ut-
pote in medio vastissimi lacus, sat procul à terra, positus. Per vicinas tamen re-
giones, ac per Hispaniolam, Cubam, Brasiliamque, vulgus, curis absolutum,
in diem viuunt, mitissimo terræ ingenio fretum. Non illic literæ, non merca-
tura, non leges, non iudicia exercentur. Sibi quisque sufficit, ac cupiditatem
rerum necessitate definitam gerit. Mexicum legibus regitur, ad duodecimui-
rùm, publicè controuersis præsentium, arbitrium. Tenui passim apparatus
vivitur, alibi solis herbis, alibi & carnibus, etiam humanis. In hunc usum,
nonnulli, eneruatâ venere, saginantur; alii captiuitatem hac lege redimunt,
ut opiparè ad epulas curentur. Paucis illa seruitus, aut miseria creditur, vitam
ad hanc lanienam impendere. Mortem supplicii præmiique expertem Brasili
autumant, viuere tamen reductos ad corpora Manes, qui integos præter um-
bilicum artus, possunt resumere, aliis passim est persuasum. Quin & moribun-
dis alii in sepulcro viaticum; alii, ex retinaculis inter arbores, commeatum
suspendunt, agitatisque circum ægrotum, iuxtaque accumbentem, choreis,
ad mortem, aut sanitatem tripudiando ducunt: Mortuum Regem una alter-
ave Reginarum, illo, quem amasset, habitu, clientesque nonnulli, eodem
tumulo funerandi, comitantur: ne parum observasse viuentem crederentur,
cum quo mortuo esse nollent. Nihil apud hos populos, neque in virtute, ne-
que in vitio moderatum erat; ut qui nec benè quidem absque crimine scirent
agere.

agere. Reverentia Numinum apud Brasilos nulla, apud Mexicanos nimia. A- 1521.
riolandi illi augurandique artibus, ad insaniam, dediti. Hi Deorum simulacra
Idolola-
ria apud
Brasilos
nulla, a-
pud
Mexica-
nos ni-
mia.
Humana
na victi-
ma
Penates
Hispanos
la fatidi-
ci.

crudeli superstitione excolebant. Duo millia Deorum una Mexici civitas ve-
nerabatur humano sanguine. Viginti hominum atque imprimis puerorum mil-
lia quot annis in victimas absumplisse compertum est. Pavimenta templorum,
parietes, ipsa etiam simulacra sanguine oblita, horrorem oculis, foetoremque
naribus indignum suggerebant. Unius templi cura erat, vastitasque tanta, ut
quinque illud incolerent personarum millia, quibus aliquod in res sacras de-
mandatum officium. Pietas illa parentum erat, filiorum sanguine os vultum-
que Numinum oblinere; hæc conciliandi prima devotio. Suus etiam Penatibus
honus, quos Hispaniolæ cives Zemes vocant: hos lanâ contextos, bellum aditu-
ri capitibus alligant: quo nullum præsentius adversus discrimina remedium ha-
bent. Ab his sua etiam oracula promunt, monitosque se, non multò ante Chri-
stianorum accessum, memorant: venturam brevi gentem, quæ vestimentis ac-
cincta niveoque corporis habitu, aliam his oris religionem, Dijs spretis abolitif-
que illatura sit. Cujus facti laudes, cum ad Carolum Imperatorem etiam per-
veniant, hæc obiter tangenda duximus.

Tot regnorum administratio, ut Cæsaris dignitatem, sic curam magnoperè
augebat. Vix à prima regni, in Hispania aditi, sede digressus, in Germaniam
abierat; cum omnia seditionibus illic quassari cœperunt: ut regnum propemo-
dum amitteret. Carolus, dum regnum quæreret. Reliquerat discedens cum
summa imperij potestate Hadrianum Cardinalem, virum in quo nihil repre-
hendere Hispani possent, quam quòd illum mater Hispanum non genuisset. Sed
adultam jam magnis viribus conjurationem, varijsque Croyi exactionibus ad-
versus omne Belgicum nomen odiosissimè inflammata, neque humanitate
suâ, neque vi extinguere potuit. Ingenio tamen ac potestate utendum ratus,
cum Toletum ac Salmantica Ronebilium Regis Ducem Segobiensi oblidione
depulissent: Antonium Fonsecam in auxilium adhibet, qui exiguo militum
comitatu Medinam Campi, nobile ejus loci emporium, profectus, tormenta ex
Regis armamentario in usum militiæ postulabat; sed ut bis incolæ federibus re-
bellium illigati, pro retinendis sibi armis, armati stabant.

Id verò ferendum non existimans Fonseca vir nobilis, & ingenio ferox, fædo
consilio ignem tectis subjicit; ut ad privata quemque pericula ab armis avoca-
ret. Sed tanta obstinatos ad tormentorum defensionem animos pertinacia ob-
firmaverat: ut miserabile tectorum patriæque bustum, quam hostis victoriam
spectare mallent. Vicerunt igitur, sed ita ut deterius vinci non potuissent; tam
ingenti maximarum opum dispendio flamma urbem est pervagata. Hanc in-
juriam tanta vicinarum civitatum exacerbatio secuta est; ut tredecim illarum,
vindictæ cupiditate rebellibus accederent; ceteris Hispaniæ regionibus pari fa-
cilitate senum affluentibus, ne vel ultioni capeßendæ, vel occupandæ libertati,
aut hosti, aut sibi deessent. Ita natum rebellionis incendium, unaque in urbe ve-

I 3

luc tum in

fide manerent, rebellarent ceteras

An Chr. lut domo concitatum, totam latè viciniam in exitium traxit. Quatuor, ex octo-
 & conjuratorum Principes, pro Rege, contraimpotentes avarosque externæ
 gentis præfectos, arma sese induere jactarent, iudicibusque, qui causas popula-
 rium audirent, constitutis, æquitatis colore seditionem ornarent. Vallisoletico
 tempore Cardinalis agebat copijs auxiliarijs parandis intentus; sed antequam
 fidissimi quique procerum opem expedirent, federatorum miles, Gironio præ-
 cipuæ nobilitatis Duce, urbem insperatò premebat: ut, inter occupata fugien-
 tium agmina, ipsum etiam Hadrianum repertum hostis sisteret, quem summâ
 verborum humanitate redire ad urbem Gironius & Padillia coëgerunt, pro-
 fessi, nihil se ipsius regioque nomini omnibus caro, adversum moliri; sed ini-
 quam rapacissimorum prælidum tyrannidem à suis populique cervicibus amo-
 vere. Cardinalis nihil obluçtari ausus, armatæ benevolentia paruit, dum inse-
 quenti nocte, per folio urbis muro, captivitatem honestam honestiore fugâ rede-
 mit: quod licet improvisum molestumque Vallisoletanis; tamen familia appa-
 ratufque omnis postero die venerationis causâ submissus est. Hinc Tordefillam
 profecti, admissique cum exercitu in urbem rebelles, Regis matrem Joannam,
 jam, à viri fato, mentis potentiâ dejectam, frustra in eam pertrahere sententiam
 conati sunt; ut proditorijs tabulis subscriberet: cum illa matrem se esse Caroli
 identidem ipsis exprobraret. Ad hujus oppidi custodiam perduellis Zamoræ
 Antistes, cum trecentis Sacerdotibus, rebellionis armorumque socijs, relictus
 est. Carolus ubi hæc apud Belgas etiamnum in procinctu coronationis substi-
 stens accepisset, opportuno consilio duos Hispanorum summæ virtutis autorita-
 tisque proceres, Henricum Medina Rivisicci Ducem maris præfectum, & I-
 gnatium Velasum equitum magistrum, bello administrando præfecit. Hi Car-
 dinali ad consilia, alijsque regni proceribus ad auxilia prudenter adhibitis: non
 multo tempore octodecim armatorum junxerunt millia, quæ rebellium triginta
 millibus opponerent. Primus illorum conatus Tordefillæ admotus: ubi
 cum vim, quam pacem, etiam contumelijs laceratam, mallet, pars militum per
 apertas murorum ruinas immissa, ferro obstinatos fregit, Sacerdotum propè o-
 mnium internecone. Plenis subindè castris ad Medinam Campi uterque con-
 currit exercitus. Conjuratorum quidem Padilliâ & Bravio Ducibus (jam e-
 nim Gironius & Lassus ad regias sese partes receperant) sed majori impetu,
 quam consilio pugnantibus. Siquidem equitatu solo in regios investiti, numero
 denique virtuteque impares, frustra absentem longius peditem desiderârunt.
 Ita dissipati ordines Braviusque ac Padillia in pugnantium corona occupati, suo
 denique sanguine inter manus Carnificis quadripartiti seditionis temeritatem
 expiârunt. Ædes, quas Toleti habitabant splendidissimas, è fundamentis diru-
 tæ, sparsâ sale areâ, columnâque marmoreâ ad æternam ignominiosâ defectio-
 nis labem memoriamque erectâ. Urbium pars maxima rebellium armis pecu-
 nijsque oblatis in gratiam fidemque sacramento firmatam properè redijt. Ita
 exclusi seditionis Principes, cum ad Regem Galliarum iuxta plerique effugio

con-

Vallisoleti
Hadria-
nus Card.
à rebelli-
bus in-
terceptus
dimissus.
que à Gi-
ronio Du-
ce.

Ioanna
Caroli
mater
frustra à
reb. lli-
bus ad
subscribē-
dum con-
juratorū
tabulis
invisa-
tur.

Carolus
rebellioni
sedanda
Duces
mittit.

contenderent, alij intercepti licitoribus traditi; alij, ut tormenta mortemque infamem declinarent, spontaneo in visam animam præcipitio elisère. Masia Paccæca indomita ferocia mulier, nec viri Padillæ casu deterrita, cum Valencianis etiamnum armata oblectabatur, dum & illa præsidio fortunæque deficiente, licitoris dextrâ Marti immolaretur. Valenciani, ex Maurorum reliquijs truces ac barbari, post fœda sacrilegæ libidinis, & exercitæ in omnem sexum immanitatis exempla, ultimi ad pacem obsequiumque sese recepère, postquam in visum Proregis Jacobi Mendosæ jugum excussissent.

Rex Franciscus hoc tumultu Regisque absentia invitatus, Gallorum exercitum Andréâ Foxio Asparotti Domino Tornonioque præfectis, ad Navarram occupandam destinavit: hanc clientelæ nomine, quo Joannes Rex Gallis obnoxius fuerat, suis armis in pristinam libertatem Henrico Joannis filio asserturus. Neque voto abluere primis successibus fortuna visa est: quandoquidem Foxius ingenuibus atque improvisis infusus copijs, Prorege Nairæo nequicquam, in turbata seditionibus Hispania, auxilia quærente, terrorem latè divisit; cum post inperatam quarundam urbium occupationem, immineret ceteris, frequentque nobilitas, popularis sibi Principis favore, in Gallorum partes abstracta, vinci non metueret. Pampelona regni caput (olim Pompeiopolis) exemplo reliquarum urbium, præproperam quoque ante discrimen deditioem moliebatur; quod Gallum amicum, quàm hostem mallet accipere. Sed pervicit Ignatius Loiola familia nobilis bellator, ut ex urbe secum aliquot ad arcis defensionem traduceret. Quam ubi in propugnatione glande tormentaria in tibiâ excussâ, suo cruore semianimis imbuisset, reliquis mens audaciaque concidit, ut quàm mox Gallos pactioe admitterent. Ignatius ex clade sensim animum recolligens, ubi in manus Gallorum devenisset, illam in hoste (seu illius, seu virtute suâ incitato) humanitatem expertus est, quâ ab amicis majorem expectare non debuisset; cum periculosè laboranti, & de hospitio, & de medicis sollicitè providerint. Quæ deindè beneficij memoria apud Ignatium nunquam confenuit; quin inter Gallos sacra deindè militiæ Societatisque JESU prima potissimum rudimenta auctoramenta que concepit, ac salutem corporis in se impensè curatam, multarum animarum salute suis auspicijs procuratâ, rependit. Majori tamen beneficio Gallis obstrictus propter acceptam in tibia cladem, quàm curationem; quod ab illa infelicitate, summæ deindè in vita sanctitatis felicitatisque exordia duxerit. Porro Foxius incitato victoriarum cursu ad ultimos Navarra terminos promotis copijs, Ibero flumini, Hispaniæ metuendus, imminebat; cum annus seculi hujus primus & vigesimus in Majo effloresceret.

Sed Hispani unâ subactis victoriâ rebellium copijs, trans Iberum flumen obviam se Gallis ferunt. Primo hi impetu in aliquot Hispanorum cohortes investiti, felici stratagemate prælium auspiciantur, hoste aut ferro, aut fugâ dejecto: sed ubi eosdem circumducta Hispanici equitatis acies, immixto peditatu ro-

Gallis profligatos, Navarra rursus pellunt.

XVI.
Franciscus Rex Gall hac occasione fretus, Navarra regnū invadit, & Pampelonam regni caput occupat.

Ignatius Loiola arcis defensor graviter læsus, feliciter curatus est.

XVII.
Hispani sub Carolo, D. oes victores bata, v. bellatoru

Ab. Chr. rata, cinxisset, inclinari vires fortunaque, ac mox etiam confusis ordinibus destitueret Gallos cepit. Uterque Ducum captus, & unius victoriae beneficio parta brevi hostibus Navarra, brevi in manus Hispanorum recidit, non anticipati documento, inter victorem victumque nihil interesse, ubi, quæ parta sunt, tueri nescierit.

XVIII. Eodem anno apud Belgarum populos Robertus Marcanus Leodienfium Antistites, rescissis ex federe pactioibus, Francisci partibus contra Cæsarem sese factorem addidit: quælitam belli occasionem Aimerius Princeps dedit sustinuitque; hic Cæsaris opibus, ille Gallicis innixus. Imperatorio per Belgium exercitui cum summa potestate, Henricus Naslavij Comes; regio Carolus Borboniorum Dux præficitur. Ille strenui Ducis ac militis officium occupans, adversus Marcanos profectus, Lognium, Jamertium, Fleuringam, Sancerum, Sedanum, Mosoncurtium, Bullonium, uno victoriarum impetu expugnat. Præfecti locorum, ac præsidarij omnes, quos fuga non servavit, laqueo hostilitatem luerunt. Moram victori, impetratis à Cæsare inducijs, Marcanus iniecit: qui tamen hoc ocium, cum ad oppidum Francorum Maseriam, oppugnandum vertisset, virtute defensorum, morboque per exercitum vulgato, depulsus, ad sua redijt, postquam felicem victoriarum cursum ad hunc scopulum infregisset. Rex interea Franciscus Mullonio, Borbonius Hefdino occupato, in Hannones & Attrebates populationibus grassati sunt. Nec segnis rerum suarum Marcanus, Geldrorum Principe ad suas vires adjuncto, in Brabantinos Namurceosque agros vastitatem intulit. Remedium malorum interceptum, post longam obsidionem, à Flandris Tornacum fuit.

XIX. Italia hoc tempore bellis etiam hostilibus utrorumque Regum quassata est: Leone Pontifice, datâ offensione, à Francisci ad Cæsaris fidem transeunte: quæ res florentibus illic Gallorum rebus egregiam cladem dedit. Quoniam verò crebris Italia bellorum tempestatibus sub Imperatore Carolo jactata fuit, operæ pretium erit diversa illius dominia, in quæ post Imperialem sedem ab ea in Germaniam translata distracta fuit, obiter perlustrare. A flumine Arsiæ, Marchionatus occurrit Histrix ac Forojulij ducatus, quæ Austriacis Venetisque divisim parent. Sequitur Lombardia haud exigua Italiæ portio, in qua Marchia Tarviliana (Venetias, Patavium Veronamque includens) Venetos dominos agnoscit. Ducatus Mantuanus, cui Montisferratum cis Padum additur, Gonzagarum familiæ addictus. Ducatus Mediolanensis, Insubriæ etiam nomine, Cremonam, Papiam, Comum, Alexandriam, aliasque urbes complexus, quem Sphortiarum gens inconstanti fortunâ moderata est, dum Gallis, ac post illos Hispanis est relictus. Pars aliqua comitatûs Tirolensis Austriæ Ducibus adscripta. Rhæti, quibus Vallistelina Clavennaque subsunt, Helvetorum stipendiarij. Pedemontium Sabaudi Ducis Regio, Turino, Vercellis, ac Niceâ urbibus clarum. Nec procul hinc Brixia Bergomumque ac Crema Venetis serviunt. Denique cis Padum Lombardia tres Ducatus amplectitur: Parmensem, cui Placenc-

Tirolis. Pedemontium.

XVIII. Marcanus Leodienfium Antistites defectio-nem à Carolo varijs urbibus amissis luit.

XIX. Italiano- vis sub Carolo bellis pe- sita, in suas re- giones, possesso- resq; di- stribuitur.

Austria & Forojuliu. Lom- bardia. Mantua & Montisferrati Insubria seu Me- diolanu.

centia jungitur, Farnesiorum familiæ deditum; Ferrariensem & Mutinensem, (cui Regium Lepidi additur:) Atestinorum quondam Ducum possessionem. Hæc olim loca Galliæ cisalpinæ, sive togatæ, propria, denique à Longobardis occupata, excusso peregrinæ gentis jugo, nomina retinere. Vicinus his ager Genuensis, in quo præter Savonam, Genua inter omnes Italiæ urbes superbâ ædificiorum magnificentiâ eminent; cum in vico novo domus qualibet regio hospitio par esse videatur: suburbanas verò basilicas habeat omni deliciarum genere excultas. Hæc Galliæ quondam protectioni, post Casareæ, denique Hispanicæ commissa est. Hinc ad Thusciam deflectitur, in qua Florentia facile princeps, Senæ ac Pisæ, liberæ quondam imperij urbes, nunc familiæ Medicæ magnisque Etruriæ Ducibus subjecta. Luca sui etiamnum juris libertatem propugnavit. Nonnulla etiam Thusciam sive Etruriæ pars, Hispanici demum juris esse cœpit: pars alia nobilior D. Petri, ut vocant, patrimonium continet, ab illustri femina Mechtilde Ecclesiæ olim dedicatum: cui Urbinorum familiæ Ducatus, & Braxianum annectitur. Romaniola deinde Ecclesiastica jurisdictionis provincia, præter Bononiam longè celeberrimam, Ravennam, Ariminum, aliasque urbes, Ferrariam, à suis abstractam Ducibus, etiam Pontificibus subdidit. His marchia Anconitana, præter Anconam, Firmum complexa, sub ejusdem fedis dominio accedit; sed annexo Urbinatûm Ducatu, in quo præter Urbinum, Senogallia, Forumque Sempronij celebre est. Romanus denique ager, qui præter urbem, orbis principem, Romam, Tibur, in quo hortus Atestini Cardinalis amœnissimus, Præneste ac Tarracinam possidet: adjuncto haud procul Ducatu Spoletano aliquot urbibus culto. Reliquum Italiæ, quod à Fundis oppido, & Liri fontibus, Truento amne & Apennini montibus marique supero ac infero intercipitur, uno Neapolitani regni nomine, ex urbe præcipua ducto, gaudet. Magnis illud cultissimæ terræ incolis urbibusque frequens, olim à Tancredo Principe quodam Normanno, domesticâ liberorum copiâ, & rerum egestate compulsus, occupatum est, cum haud procul semota insula, Siciliæ appellatione: post Rogerium, deinde Tancredi filium, Reges diversos, hodieque usurpatos utraque provincia titulos accepit. His Suevi, Germanorum populi, successerunt: quibus deinde victores Galli dominati sunt, qui Siculis, ut ferunt, vesperis per insulam trucidati, & ancipiti diu fortunâ pro Neapoli dimicantes, utroque denique loco Hispanorum potentiâ exclusi sunt.

Adjecerat rursus Franciscus, obtentâ jam Insubiâ, ut supra meminimus, Neapolitano regno animum; quam in rem Pontificis favorem opemque, eâ sibi lege devinerat; ut, postquam junctis viribus Hispanos de regni possessione deturbassent, pars illius minor Pontifici, potior Regis filio, ubi adolevisset, de manu ejusdem concederetur. Sed suspectæ Francisco rationes federis cunctantem in varia consilia distraxere; quod Pontificem semel obtentis minimè cessurum existimaret. Hinc occultè hostilia machinari: Alphonsum Eistensem, ne Pontifex ex animi destinatione Ferrariâ illum moveret, pro viribus tueri: Regium

1521.

Gallia
Cisalpi-
na, seu
Longo-
bardia.
Genua.Thusciam
sive E-
truriam.Roma
niola.Marchia
Anconi-
tana.
Urbina-
tes.Ager Ro-
manus.Regnum
Neapoli-
tanum.

XX.

Franci-
scus Gall.
Rex insu-
bria posses-
sor ad re-
gnû Nea-
politani
aspicit,
cui Leo

K

Lepi-

Pontifex, ad Caroli partes transiens, obstitit.

An. Chr. Lepidi admoto milite per speciem retrahendorum perfugarum tentare : Romanæ sedis per Insubriam sacerdotia pro Gallorum arbitrio ac cupiditate collocare: spretamque Pontificis contra obnitentis auctoritatem negligere. Urebat adhuc Leonem Parmæ Placentiæque amissæ memoriæ; tam abs se turpi federis pactione in Gallorum manibus ante quinquennium destitutæ, quàm insigni Julij antecessoris gloriâ Apostolicæ sedi conjunctæ. Accedebant querelæ Insu-
brum contra Lautreci præfecti Gallici exercitæ impotenter in subditos tyrannidem: ut neque a mulierum pudicitia, neque à civium opibus violentas manus contineret. Accessit & Caroli recens in Pontificia auctoritate apud Germanos defendenda studium, Wormatiensi edicto declaratum: ut iccirco jurisjurandi religione, absolutum Neapolitani simul regni, & imperij legitimum possessorem declarârit. Quocirca Cæsaris rebus Italicisque juxta consulturus Leo, fedus cum illo ad communem etiam Mediceæ familiæ & Florentinorum defensionem ingressus est, eâ conditione; ut, cum, sociatis ad Insubiæ possessionem ad-
eundam viribus, illa potestati Gallorum excidisset, ad Romanam sedem Parma Placentiæque redirent: Mediolani principatus Francisco Sphortia, ob diploma patri à Cæsare defuncto concessum, & fratris Maximiliani cessionem tradere-
tur.

XXI. Emerferat ad hujus imperij possessionem Sphortianorum primus Franciscus, humili parente Ludovico Sphortia natus, quem tamen Ludovicum (Galliæ quondam togatæ rusticum) virtus bellica Italicis gentibus observandum fecerat. Parenti Francisco Galeacius successit; sed, brevi imperij fortunâ potitus, fratri Ludovico moriens pro Joanne Galeacio filio principatus administrati-
nem reliquit: qui profundæ teætæque ambitionis homo, Carolum VIII Galliarum Regem, in Italiam contra Alphonsum Neapolitanum Regem Galeacij generum accersivit, ut sibi regimen stabiliret: quod, nepote, ut putant, per venenum sublato, impetravit; sed insigni totius Italiæ, ac præsertim Neapolitani regni pernicie: ut indignatione invidiæque adversus Carolum Gallosque concitati Itali, ipseque jam voti compos Ludovicus Sphortia, redituros propemodum oppresserit: quam deindè injuriam successor Caroli Ludovicus ferro ulcisci, simulque jus avitum decrevit repetere, quod ex proavi sui conjuge Valentina in hunc sibi Ducatum vendicabat. Nam priusquam illum Sphortia occupassent, Joannes Galeacius ex Mediolanensium Vicecomite Dux per Wenceslaum Cæsarem eâ lege creatus est; ut sub fide ac clientela Romani imperij persisteret, filios post se geminos Joannem & Philippum Mariam, filiamque Valentiam reliquit superstitem. Joannem sua crudelitas improvise familiarium ferro objecit: Philippo sola proles spuria Blanca superfuit, quam Francisco Sphortia, postquam adscriptitio jure fecisset legitimam, tradidit cum dote Ducatus testamento pacti. Sed Valentina soror Ludovico Aureliorum Duci (iserat Caroli quinti Galliarum Regis filius) nupta, sibi suisque liberis tanquam legitimi tori successoribus, hereditatem arrogabat, tabulis dotalibus in eam rem prolatis, quibus soror germanis sine prole morituris sufficiebatur: quanquam hæc tabulæ
Ponti-

XXI.
Mediola-
nensis
principa-
tus à
Sphortijs
possessus,
quomodo
ad Gallos
perven-
it, &
quid ex
eo Ponti-
fex, quid
Cæsar sibi
vendicav-
rit.

Pontificiâ concessione stabilita, Cæsareâ tamen auctoritate carerent. Quæ res
 cruentarum litium bellorumque materies fuit, Ludouicus certè Francorum
 Rex Valentina, ex Carolo filio, nepos, grauissimis cum Maximiliano Cæsare
 bellis de Insubriâ possessione contendit, eo quidem euentu, ut Ludouicum
 Sphortiam rerum suarum desperantem, fœdissimoque Principis Christiani ex-
 emplo Turcarum auxilia implorantem, bello victum captumque Gallico car-
 ceri, justissimâ poenâ, emanciparit. At Franci tanquam Insubriam hospitio
 magis, quam domo occupassent, Imperatoriis breui armis Trans Alpes rejecti,
 Maximiliano Ludouici Sphortia filio paternam sedem vacuam reliquere. Ob-
 tinuit tamen denique Ludouicus Cameracensi Federe contra Venetos Cæsari
 ac Pontifici Julio sociatus; ut Insubriâ Dux, Imperatoriâ consensione, esse pos-
 set. Sed ubi, deficienti à Cæsare Julio Ludouicus integrâ amicitia adhæresce-
 ret, Imperatorem sibi breui infestum concessaque detrectantem offendit. Ne-
 que armis quicquam ad Insubriâ possessionem postliminiò adeundam promo-
 uit: donec Franciscus regni Francici bellorumque heres insigni ad Marina-
 num cis Alpes prælio victor, Maximilianum Sphortiam, degeneris ignauique
 animi principem, in potestate simul cum Mediolanensi Imperio habuit. Fra-
 trem tamen Franciscum post hunc in Italia reliquit, indole suâ ac virtute patriis
 terris digniorem; ut is opportunè abstractus videretur, ne se meliorem ducatu
 excluderet.

XXII

Hæc causa Leoni fuit, hujus in federe legis constituendæ. Decretum quoque
 bellum est, aduersus Genuensium Ducem Octavianum Fregosium; quòd is,
 ingrato perniciosoque facinore clientis (quo nomine jam dudum Genua Cæ-
 sari Sphortiani que addita, contra Gallos, fuerat) hostem Franciscum occul-
 tis innexum federibus in Italiam, pertraxisset, & patriâ libertatem externis
 gentibus ingrati prodidisset, His alia ad Romanæ sedis dignitatem potentiam-
 que amplificandam adjecta sunt. Nec mora, opes uterque suas viresque contu-
 lere. Pontificiis Fridericus Gonzaga Mantuæ Princeps, Cæsaris pediti Ferdi-
 nandus Daualus, equiti Antonius Leua præfectus est. His summo cum imperio
 Prospero Columna explorata virtutis prudentiæque Dux præerat. Galli cum
 Venetorum Heluetiorumque, tum priuatâ potentiâ nitebantur, quibus Lautre-
 cus Insubriâ prorex imperabat. Heluetii tamen non pauci, qui virtutem atque
 arma pretio elocant, Romanorum partes, quamuis timidè admodum, seque-
 bantur, operam suam aduersus vrbes, non Gallos pacti: ne veterem totq; coa-
 litâ stipendiis amicitiam offenderent. Prima Romani exercitus vis Parmæ inten-
 tata, felicemque euentum sortita Placentiam Ticinum & Cremonam traxit.
 Quod imprudenti pertinacique, contra Ducum suorum opinionem, innixus con-
 filio Lautrecus pugnam detrectasset, aduersus hostem, iniquitate loci, & spar-
 sâ etiamnum potentiâ inferiorem. Quem errorem multarum urbium defectio-
 ne, & ingenti demum suorum clade luere coactus.

Pontificio
 us & Cæ-
 sareus ex-
 ercitus
 sub Pro-
 spero Co-
 lumna,
 aduersus
 Lautreci
 Gallum
 Insubria
 proregem
 felicibus
 auspiciis
 ducitur.

Nam reductis ad Mediolanum castris, ubi nec satis opportunâ locorum mu-
 nitione subsedisset, ab hostili exercitu circumfessus, tantâ denique Hispano-

Aa. Chr. rum virtute oppugnatus est; ut Veneti primum suo depulsi praesidio cesserint, Duce suo Trivulzio in aduersariorum manibus destituto, reliqua porro castra Gallis ad Mediolanum, cuius clade profugantibus, Caesari quoque Insubria recipiuntur.

terrore magis tumultuque, quam ferto hostium disiecta fuerint. Lautrecus cum equitatu ad urbem receptus, neque ingenio Mediolanensium satisfusus Comum versus fugam properauit. Vrbs sub noctem voluntate ciuium, qui Gibelinae factionis erant, Caesarianis patuit; sed incendio Gallorum aestuans, ne deessent, qui in accepta exercitus sui clade lacrimarentur. Quod Mediolani exemplum ubi Comum, Lauda Pompeia, atque Alexandria sequerentur, breui Insabria Gallis purgata est. Memorabilis illa florentissimi exercitus, ex Venetis, Heluetis, Gallisque conflati strages fuit; quam praecipui ordinum ductores turpi effugio, duo tamen ac viginti suo etiam sanguine nobilitarunt. Nox propinqua ardorem pugnantium interceptit, multisque ad salutem fugitivis profuit. Ea vero celeritate ac virtute irrupentium Romanorum confecta res est, ut ad postremam exercitus partem simul propemodum cum pugna nuntius victoriae peruenerit.

Pontifex ingenti perfusus latitia ex zingu in Hadriano Bel. praezer omnium spem succedente.

Pontificem rei gestae fama incredibili laetitia perfudit, quod propter ambiguum Heluetiorum fidem, animus jam ante, incertae victoriae spe, suspensus, anxiusque cogitationibus iactatus, tam inexpectato gaudio profundius acquiesceret. At suprema haec illi in vita gaudiorum materia fuit: nam intra sequentis coenae tempus vi subito incumbentis morbi, obriguit, quo, licet per internalia sopito, denique nonis Decembris exhaustus est, non sine veneni suspicionem a poculorum ministro propinati. Quanquam alii immoderatam latitiam pro toxico fuisse existiment, neque alienae hanc mortem perfidiae, sed propriae tribuant imbecilitati. Subiit ad sacrum illud Romanae dignitatis fastigium Hadrianus Florentii Ultraegetinus Cardinalis Derthusensis, Caroli quondam Adolescentis formator, qui & Mediceorum beneficio, & suarum virtutum merito, adeo tamen contra omnium expectationem hanc sedem obtinuit; ut ad hominis ignoti electionem V idus Jan. non minus Cardinales ipsi, suffragiorum juri praefecti, quam Italia tota obstupesceret. Certè Romanum vulgus, ubi solutis comitiis sententiam Cardinalium accepisset, foedissimis probris sacrum senarum proscindebat; quod a peregrino homine Pontificatum facile Romam transferendum existimarent. Quibus Cardinalis Gonzaga gratias renidenti ore deferebat, cum insaniam lapidibus etiam dignam, solam verborum contumelia castigarent. Julii Medices opera id potissimum euenerat; quod hic magnis cum opum, tum famae subsidiis innixus, ubi se familiae nomine, in hac ante dignitate versatae, excludendum honoribus cerneret: beneuolos sibi Cardinales ad Hadrianum sua deflectere studia voluerat; ne si forte inimicum Caesari Pontificem Italia acciperet, coeptus victoriarum cursus Gallorum potentiam abrumperetur. Siquidem illi per ocium, a morte Leonis permissum, vires bellumque diuersis locis iustaurabant; jamque Vrbinum Francisco Mariae Feltrio, eiectione a magistratu Florentinis, vulgo applaudente, restituerant: Mediceo cum Tusca militia Caesaris in castris versato, minimè parsum; cum

Jovius in Hadriani vita. S. bleid. Guicciard.

majores

maiores ipsius Florentino Imperio deturbatos, populari urbis factione ad Gal- 1512.
 los inclinata, non ignoraretur. Tantum igitur autoritate sua, Hadrianique, a
 virtute literisque petita, laude potuit; ut oblii gentis dignitatisque propria,
 velut praesenti Numine incitati, Itali vota in externum peregrinumque homi-
 nem conuerterent, ac vix denique sibi crederent fieri potuisse, quae fecerant.
 Hadrianus, eo vultu ac voce nuntium tam insperati honoris excepit; ut rapi se
 magis, quam admitti ad hoc fastigiū testaretur; indignarentur etiam Itali, hanc
 Pontificiae sedis Majestatem talem sapienti homini visam esse, quae contemni
 posset. Tam diuersas humana sapientia a diuina cogitationes possidet, ut quod
 illic ratio, hic saepe stulticia habeatur. Certè Hadrianus tanto se digniorem osten-
 dit, quanto censuit indigniorem. Nulla tamen veniendi morā Romanorum
 exspectationem frustratus est; sed quamvis Hispaniae proceribus obnitentibus,
 magnisque Pontificem, jam suo in habitu nunquam in Hispania spectatum,
 muneribus officisque certatim colerent, ipse etiam Caesar properata ex Belgio
 nauigatione Asturum in Hispania oram attigisset; ut obseruantiae negotiorumque
 causā eidem adesset, perfregit nihilominus moram omnem Reip. Christianae
 cura, Turcarum, in Rhodi obliuione versantium, successibus non mediocri-
 ter aucta. Quare Nonis Augusti Tarracone profectus, Genuam peruenit, oc-
 cupatam paulò antè Caesari urbem, hinc Romam profectus, IV cal. septemb.
 solenni hanc pompā subiit.

Hadria-
 nus, om-
 niū Rom.
 admira-
 tione, in-
 viuo ho-
 norem
 admittit

Interea Galli per Italiam, instaurata nouis subsidiis militiā, instructissimo
 sexaginta millium exercitu Mediolanum aggressi fuerant, quod ingenti noui
 operis fossā arcu obiectā, quā & fuga suis, & hosti aditus prohiberetur, tum
 conspiratione armatorum civium Prosper Columna egregiè defendit; ut ho-
 stis potiundae urbis spe depositā, aliò mentem, armaque desisteret, sed majori
 apparatu viriumque ostentatione, quā successu, alibi etiam bellatum est;
 dum ad Bicoccam denique, Aprili mense, totis uterque exercitus castris, fa-
 tali Gallorum exitu concurreret. Vbi Ducum magna imprimis strages fuit,
 Heluetiorum tria millia, Gallorum quinque hanc pugnam funestant, ad
 quam cladem quicquid Gallico per Italiam Imperio parebat, magnis terrori-
 bus concussum est. Genua cum pertinaciū Caesarianorum conatibus oblecta-
 retur, per apertas murorum ruinas occupata, victori militi in praedam cessit;
 Octavianus verò Fregosius, fax horum bellorum, in vrbe cum aliis Principi-
 bus deprehensus, Hieronymo Adurnio hosti antiquissimo, primam in Rep. dig-
 nitatem, ipse ad vincula ductus, aperuit. Jam enim a multis retrò temporibus
 duae in Liguria apud Genuenses factiones æmulatione virtutis ac dignitatis
 contendebant: Fregosia Gallis, & Adurnia Caesari, Sphortianisque addicta;
 ambae tamen populares, & Gibellini nominis: ad quos, lege Majorum, Ma-
 gistratus, a Gueffis ac nobilitate translatus, pertinebat. Quae res aduersis hos
 populos studiis favoribusque non raro ad magnā Reip. perniciem collidebat.

XXIV
 Galli in I-
 talias,
 cum ex-
 ercitu
 60 millū
 profectu
 rursus
 caeduntur.

Guicci-
 ard, l. 12.
 Belcarus
 lib.

Genua
 Gallis sub
 Fregosio
 favens
 ut occupa-
 retur, ei-
 que Ad-
 urnius
 Caesaris
 fautor
 profectus

K 3

Quan-

Gibellina & Guellica factionis homines Italian saepe turbant, sub diuersis Dominis dissidentem.

AN. Chr. quanquam tota Italia hanc factiosorum hominum, Guelfici præsertim Gibel-
linique nominis factionem aluit, postquam sub diversis principibus illam,
quam perniciosè sectata est, libertatem amisit, & diversarum nationum po-
pulis, velut in audaciæ militiæque præmium est patefacta, ut ferè regnis eve-
nit, unius imperium fastidientibus, quibus Domini plures uno pro Domino,
non ad minuendam; sed augendam servitutem imponuntur. Sola Venetorum
resp. & administrandi imperii ratione, & potentia per optimates sparsâ, con-
tra hanc calamitatem multis sæculis inconcussa perstitit. Quanquam sub Ma-
ximiliano Imperatore avo Caroli, propius exitio inter spem desperationem-
que penderet, facile opprimenda, si Cameracensi federe, totius propemodum
Europæ conjurati Principes, de oppidorum inter se partienda præda convenire
potuissent. Ita cum alias suorum concordia, nunc etiam aliorum discordia
servati sunt, mysterio politicorum sæpe artibus procurato. Hadrianus suo in-
ter Pontifices contentus nomine ordine VI & Leoni Pontifici sub Carolo V
uti alter olim sub Carolo Magno sed à fronte sociatus: ubi primum Romam
ingressus est, non sedem modò vacuum sed & ærarium reperit, ipsumque etiam
principatum multis partibus Leonis profusione oppignoratum. Ut his veluti
injectis vinculis, ad subsidia adversus Turcam, prælidiaque Carolo contra
Franciscum Galliarum Regem præstanda, impeditusteneretur. Magno tamen
animo, quo in adversitatibus Deo fidere didicerat, remp. aggressus, primò sibi
aulicæque magnificentia negare cœpit, quæ aliorum emolumentis impende-
ret, ut hanc avaritiæ quendam speciem Italorum vulgares interpretarentur,
sapientiores piam utilemque parsimoniam agnoscerent, quam virtus juxta neces-
sitasque suaderet. Receptis etiam in fidem Ferrariæ Vrbini que Ducibus eo-
rum ope recuperavit Ariminum, à Malatestis per absentiam Pontificis occu-
patum. Omni deinde studio admissus est, ut Carolum Imperatorem cum Fran-
cisco Galliarum Rege conciliaret, ac potentissimorum Europæ Principum
animos viresque, adversus infensissimum Christianæ reip. hostem Solimannum,
conjungeret. Hinc enim Ludovicus Hungariæ Rex ingenti Turcarum immi-
nente exercitu; inde Liladamus, obsesâ jam Rhodo, ordnis Magister auxi-
lium in summodi discrimine postulabant, quando Pontifici voluntas subveniendi
sine facultate, Hispanis, Gallis, Germanisque facultas sine voluntate fuit.
Hispani enim seditionibus collisi omnem Caroli curam distinebant; Galli in-
subria recuperandæ ardore flagrabant, Germani perniciosis Lutheri cõcionibus,
à Turca averti in Ecclesiasticorum excidium armabantur, eis similes, qui exi-
tatam in vicinia incendium negligunt, eodem postea involuendi.

XXV Novam in Germania tempestatem, velut mutato post Caroli abitum vento,
& in austum rejecto, Lutherus eiusque assecla concitârunt. Initium tragicæ
procellæ Andreas Caroloftadius Doctor, & Archidiaconus, unâ cum non-
nullis Augustinianæ familiæ cœnobitis Wittenbergæ dedit. Hi freti Luzheri
de Missa abroganda libro, quam argumentis ex nocturna Dæmonis concerta-
tione

Guicci-
ard lib. 14
Jovius
Oratio
consisto-
rialia an.
1522. a-
pud Pa-
lav. de
Concl.
Trid. l. 2.
cap. 3.

Hadrian.
Pontifex
frustra
conjun-
gere Eu-
roparum
animos
adversus
Turcam
nititur

XXV
Co. blaus
in Vita
Luth.
Schleid. l.
3. c. 21. de
statu Rel.
sub Carolo

urg. in Com. Spond. in An.

tionē haustis (quod Schleidanus, ut alia illius opprobria dissimulat) maximè stabilivit, abolendi primùm in templis sacrificij autores exire. Consultus ea super re Fridericus princeps, ad Academicos Wittenbergenses rejecit. Ex quibus delecti quatuor, Justus Jonas, Philippus Melancthon, Nicolaus Ambrosius, Joannes Dulcius re cum Augustinianis communicatâ abolendam Missam, tanquam cœnæ Dominicæ probrosam Principi significant. Is verò, quæ erat providentiâ, quantos hæc novitas motus concitatura esset, moderatè regerit. Hoc enim sacrificiorum instituto usque, pleraque à Majoribus fundata Sacerdotum collegia, ac templa subniti, quorum opes possessionesque cum Missis transferenda videantur. Cùmque illi exciperent, hæc bona in Doctorum gymnasia ad eruditionem juventutis in pietate literisque formandæ, tum pauperum alendorum gratiam, potiùs esse destinata. Impudenter denique adjecerunt, à Bernardi temporibus hunc potiùs Missarum abusum, antea ignoratum, invaluisse. Adedò videlicet antiquitatum veterumque monumentorum ignari: ut aras etiamnum, non Saxoniarum tantùm, sed & orbis Apostolorum, eorumque liturgias superesse non expenderent: tum celebris sacrificij à D. Augustino pro matre defuncta instituti, non meminissent. Verùm ipsi nec Principis, nec antiquitatis reverentiâ ducti, verbi divini prætextu, ejusmodi sacrificijs, ut ferebant, adversantis, plaudente, & soluto omni religione vulgo, sacrificiorum apparatus, & sacra vasa diripiunt, arasque Deo Divisque nuncupatas evertunt.

Caroloostadius hoc successu lætus, ne alienæ voluntatis manceps, sed suis ipse auspicijs, Luthero in latebris abdito, rem cœptam promoveret, nova adversus Sanctorum imagines, sacrum Eucharistiæ, & esurialium dierum usum, ex veterum hæresiarcharum fordibus ac sepulchris in lucem eruit, & vulgo ad omnia obsequente, regnum quoddam novatæ religionis occupare istic videbatur. Quare imagines templis exturbatæ, Laicorum manibus atque ori Eucharisticum epulum, profano ritu, sine ulla scelerum expiatione præviâ concessum; quòd inani persuasione præsentem in illo Deum hætenus imperitam multitudinem coluisse assereret, Iconoclastarum & Sacramentariorum hujus temporis primus. Denique eo infantiæ prolapsus est, ut Aristotele Academicisque studijs damnatis, cuilibet ex manuum labore victitandum esse traderet, ideoque desertis scholis, ipse ad aratum, Melancthon ad pisrinum diverteret. Quo, utinam, in studio consenuissent, molendino, quam cathedrâ digniores! Lutherus his cognitis, vel ad insaniam delirantium comprimendam; vel certè veritus, ne quis palmam mutatæ cum plausu religionis sibi præriperet, inconsulto Principe, cujus repulsam formidabat, Wittenbergam sua ex eremo erupit, literasque hinc ad Fridericum dedit, quibus ob periclitantis Wittenbergicæ Ecclesiæ statum, hanc sibi emigrandi necessitatem injectam esse docebat; verendumque ne quorundam improbitate gravior per imperium tempestas concitetur, nisi tempestivè sedulâ morum correctione occurratur; quòd Evangelium plures ore, quam vitâ profiteantur. In Caroloostadium igitur tanquam seditiosorum vexilliferum, bilem omnem acrimoniamque dicendi vertit, damnavitque universa, etiam

CONTRA

1522.
Carolo
fradico
hæresis
absento
Luthero
promoveb
hæresis ab
rogata.

Novam
super Iconoclastarum & Sacramentariorum hæresis, Lutherus in se ex laebriis erumpentem con-

An. Chr. contra Missa, quam prior ipse rejecerat, sacrificium decreta; quod sine lege, sine ordine sine divina vocationis (quam sibi uni vendicabat) autoritate, constituta essent. Cujus furiosæ eloquentiæ cum impar Carolo stadium succumberet, Orlamundam se recepit, ubi fautores viresque nactus, semina alterius sectæ deterioris jecit, quam, ab autore postmodum desertam, Zwinglius atque Oecolampadius, denique subtilis perverſique ingenij homo Joannes Calvinus ad insignem totius Europæ perniciem excoluit: qui omnes Eucharistica Christi verba, diversis commentationibus exposita, non proprio, sed tropico accepta sensu, nullam nisi spiritualement solum Christi præsentiam inferre memorabant, quâ non ori sumentium, sed animis credentium per fidem illaberetur.

Zwing-
glus a-
pud Tigu-
rinos
Sacramē-
tariorum
hæresin
promo-
vet.
Melcho-
vius de
Anab. l. i
Enthusi-
asta seu
Anaba-
pista no-
vū Chris-
ti ex scri-
ptura re-
dicant
Sancto-
rum.

Et Zwinglius quidem, inter Helvetos, antesignanus Tigurinorum, in hanc sectam ante omnes conjurantium, fuit: cui se Episcopus Constantiensis frustra opposuit. Cum is primùm literis, deindè concionibus Helvetios incitavit: ne Sacerdotibus, quibus hæctenus indulſissent concubinas, legitimas deindè conjuges, sanctiore utique instituto, non denegarent. Ita alij alij novitatibus delectabantur, postquam semel his Lutherus adicum ex libera verbi Dei professione, neglectâ Ecclesiæ autoritate, fecisset. Ad Salam quoque Saxonix flumen novagliscebat Anabaptistarum secta, cui & Carolo-stadius favere creditus, qui in fluctuante illa Scripturarum interpretatione, ut certius sibi principium suæ religionis constituerent, asserbant Dei se colloquio, divinisque inspirationibus sua in fide firmari; undè & Enthusiastæ dicti, quod, seu veris, seu fictis mentis in divina raptibus indulgerent, compositisque ad sanctitatem foris moribus, occultatamen promiscuæque suis in conventiculis Veneri indulgerent: ut quo ducerentur spiritu, suâ carnis libidine, haud obscure profiterentur. Ex quibus post Nicolaum Storck sive Pelargum, primùm autorem, Thomas Muncerus, popularis deindè per Thuringiam Franconiâque seditionis fuit concitator, quod persuasum esset, novum à Deo mundum, improbis præsertim dominis, è medio sublatis, constitutum, in innocentibus solum regnantibus, omnia omnibus ex Apostolico olim instituto communia fierent, etiam conjuges.

In tanta non religionis modò, sed & rerum confusione, à Luthero primùm Germaniæ invectâ, jam nec ipse quidem continere se poterat: Illos igitur Absalones suos, à se educatos instructosque, ingratisimo Iuda simillimos proclamat, qui sacrum Evangelium tanquam gladium abs se jure in Papistas strictum, proditorie ad jugulum Magistrum propriæque religionis petendam stringant, & manifestam Scripturæ veritatem perversâ interpretatione malignè traducant. Quare ipse sacrorum Bibliorum in linguam vernaculam translationem, cum Melanchthonis aliorumque ope aggressus, tantâ illud vertendi insolentiâ ausus est, ut mille quadringentis locis novi, ut vocant, Testamenti libros corrupisse argueretur. Cumque ejus, ut leviter dicam, incuriæ per amicum reprehensus esset, quod Romanorum se calumnijs opportunum fecisset, respondit obmurmurantibus Papistis dicendum esse: Sic Doctorem Martinum voluisse, qui a sanctorum ruditu nil moveatur. Eodem tamen vertiginis spiritu eadem Biblia ter quaterve ad incudem revocata, semper dissimilia sibi

sibi, præterquam in pervertendi licentia produxit. Traditionibus deindè, Concilij, ac Pontifici illum honorem habuit, ut omnia secus quam hi statuissent, agenda diceret: *Edendum cum illi jesunia imperant: abstinendum cum ad usum Sacramentorum provocant.* Ego (inquit, in sua captivitate Babylonica) si Concilium Eucharistiam sub utrisque speciebus sumendam præciperet: aut sub alterutra tantùm fruerer, aut certè neglectim præterirem. Ille verò Divum hominumque spretor, quantà in Episcopos virosque Principes insolentiâ, quàmque furioso calamo atque ore grassatus sit, dici vix potest. Sic in sua, quam vocat, Reformationis Bulla statuere audeat: *Quicumque opem ferunt, corpusque, bona ac famam impendunt, ut Episcopatus devastentur, & Episcoporum regimen excindatur, hi sunt filij Dei, & veri Christiani, observantes præcepta Dei, & ordinationibus Diaboli repugnantes: contra, quicumque defendunt Episcoporum regimen, hi sunt Diaboli ministri proprii.* Angliæ verò, cujus supra meminimus, Regem Henricum Sacramentorum numerum ac dignitatem contra Lutheri injuriam vulgato libro vindicantem, tot scurrilium convictorum sordibus (quod Schleidano tamen fuit jocose ludere) petijt, ut suis ipse puteretur fautoribus, qui vix hominis verecundiam retineret. Cujus impudentiæ correptus, alio scribendi genere lenocinari, & inclementis scripti palinodiam canere visus est, Regemque insigni laudum præconio demulcere, spe illius pervertendi conceptâ. Itrifus tamen fuit, iustusque sue antè insaniam remedium facere, quàm alienis sese impendere laudibus: *cum tam sibi Rex turpe putet, laudari à turpibus, quàm ob turpia: neque contra impensius commendari possit, quàm si à dissimillimo sibi Lutheri reprehendatur.* Quanquam similis huic orationi mens consiliumque, degeneri subindè nimium Regi optanda fuisset: *Verba sæpè laudata è depravato peccatore, tanquam speciosum herba ex venenata radice, florem pullulare conspiciamus.*

Interea hærebant Noribergæ congregati Germaniæ Principes, ubi illos edito Cæsaris exequendo Carolus convenire jussit, quibus inter consultationes innumeras consilium penè omne everterant partium studia, frustra Imperatore per literas executionem urgente: *Cum remota nimium à muris machine vim non imprimant, nisi forte imbellem.* Ferdinandus quidem frater Austriæ Princeps, latam adversus Lutherum anno superiori sententiam vehementer urgebat, suique illam in dicionibus gravi interminatione pœnarum executus pro viribus est. Sed frustra à pedis unius corruptio cavetur, quando totius jam corporis sanguis infectus est. Noribergensi verò congressu, non tam remedium grassanti huic religionis seditioni, quàm dilatio & incrementum, velut recepta in corpus gangrænæ reperit; hujus jam corporis oculis Friderico Saxone, & Ludovico Palatino infectis ac cæcutientibus. Hadrianus igitur Pontifex non ignarus malorum, quæ universæ Europæ ab hac Germaniæ corruptione imminerent, Franciscum Chæregatum Episcopum Aprutinum, non, ut male alij, Fabrianensem, multis legationibus exercitatum, Noribergam ad Principes cum literis mandatisque ablegat. Et illis quidem, postquam suum in patriam Germanosque amorem, tum orthodoxæ religionis Ecclesiæque tuendæ studium professus esset, magnoperè hortatus Principes est: *Vt ad communem tranquillitatis curam à pernicioso schisma-*

Pontificis litera ad Noribergensem conventum.

L

82,

XXVI.

Comitia

Noriber-

gensis

Principum

Germaniæ.

Schleid.

l. 3. ad an.

1522.

Goldast.

tom. 1.

Const.

Cæsar.

Bovius

a. hunc

a. 1. Pala-

vic. lib. 2.

c. 7. &

l. 9.

Hadriane

An. Chr. re, & à bellis civilibus arma animosque in juratum Christianorum hostem convertant. Ne ad illius vim contra Rhodios infringendam, cum milites non posset, suppeditasse pecuniam, nunc vehementer mirari, quòd Lutherò homini nuper à præcipuis Europæ Academijs erroris damnato, à Leone Pontifice execrato, à Cesare proscripto favere pergant, ad æternam gentis suæ dedecus, & Germania ipsius ruinam. Magnoperè dolendum, eam gentem, ad quam cum Romana religione imperij quoque majestas delata sit, ab illa deficere fidei doctrina, que à Christo Apostolisque per sapientissimos Majores nostros ad nos usque propagata, multo unque ob signata Martyrum sanguine, nulla per omnes ætates hæresi ac defectione notata, tot Concilijs Patrum firmata, tot hæresum diversarum expugnatricis, invicta semper constiterit. Unusne fraterculus Apostata, post tot seculi latitantem hætenus Ecclesiam è tenebris eruat erigatq; collapsam, quam Christus nec portis quidem inferorum subruendam, suâq; firmandam semper præsentia addidit? Plusne ille tot retrò Majoribus sapere credendus ex Scripturis est, quas compositio ad fallendum argumento, ut pleriq; novarum hæresum propola, venditat? Nimirum hoc agi, ut sub specioso verbi Dei ac religionis velo, sub dulci libertatis Christiana illecebra, jus omne non modò Ecclesiasticum, verum & civile projiciatur, Episcopi primùm sacerq; magistratus, tum Principes & disciplina politica contemnatur: neque enim humanas diu leges florere posse, ubi divine conculcantur. Hortari proindè, ut vel Lutherum p̄s rationibus ad sanitatem reducant, vel ex Cesaris imperijque decreto, juxta Constantiensium procerum exemplum in Joannem Husum designatum, progrediantur. Ita demum propitio Numine, conciliatis animis adversus Turcarum immanitatem magis valituros. Plura ad hujus tam utilis consilij prosecutionem mandata abs se Cheregatum attulisse, cui fidem haberi postulet. Salubria planè monita, & futurorum præfaga: quibus par erat Fridericum (quem, ut alios etiam Electores, plenis humanitate literis, à schismatis consilij advocarat) tempestivè assentiri, cum jam nuper expertus didicisset, neque Wittenbergenfes, neque Lutherum se habere suis obsequentes monitis; sed & illos, & hunc vano divini verbi prætextu, respondisse, Deum præ hominibus audiendum esse: quod erat sub umbraculo Scripturarum obedientiam suis negare Principibus.

Legati
Pontificij
ad eundem
manda-
ta.

Porro quæ in mandatis exponendis adferebat Cheregatus, alia ad Principes in hæresis subortæ excidium propellendos spectabant: alia ad spem, quam de seipso Adrianus in Ecclesiæ, inprimisque Romanæ curiæ objectis defectibus sedulo corrigendis faciebat. Et primò quidem monuit: Abrumpendam in correctione hæresis turpissima moram, qua Majores omnium tanquam veræ fidei religionisque expertes immani temeritate damnaret, orcoque, cum Romanis totoque orbe Lutheranismi experte, transcriberet. Cavendum igitur, ne huic malo cunctatione vires adderent, idemque Germanis, quod Bòhemis superioribus annis, exitium incumberet: exemplum Majorum Constantiæ editum ante oculos habendum esse. Ad hæc supra jam memorata, de eversione rerum, & contempnitione suorum Principum, post eversa sacra, pluribus ingerebat. Denique hæc sectam Mahometicam haud dissimilem ostendit, que Religiosis Ecclesiasticisque ad libidinem omnem, spreto votis Deo nuncupatis, frenâ remittat, adeoque sacra omnia profanaque confundat: que sanò ad ingentem Germanicæ nationis tam irrationali, crasseque hæresi indulgentis, contumeliam spectent. Quia verò haud leviter fluctuan-

tes Germanorum animos comperit; quod, tanquam desperantes religionis suæ defensionem, cum adversarijs ubique congregari, audireque, ac reddere fidei causas detrectarent; cognitumque esset, nuper apud Helvetios Joannem Fabrum Constantiensis Episcopi Vicarium, contra Zwinglium, Tiguri in senatu idem subterfugisse; cum LXVII thesibus ad disputandum propositis ille quosvis provocasset, adeoque senatus ibidem decrevisset, Evangelium purè impostero, omissis hominum traditionibus, docendum. Lutherus etiam nunc passim cum suis jactaret asseclis; non tantum non Romanos cum traditionibus Concilijque suis rejciendos; sed nec Angelum quidem de cælo extra verbum Dei, audientem esse, Paulo ad Galatas monente: *Licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præter quod evangelizavimus vobis, & præter id quod accepistis, anathema sit.* Unde Lutherus in hac arte Scripturarum inexpugnabilis cum suis multis visus est, ob quod Romani suæ sibi imbecillitatis conscij pugnam vitarent, jactatumque est, non auditâ discussâque in comitijs causâ, Lutherum immeritò damnatum proscriptumque videri.

1522.
Proceri
dissentis
in
causa
Cæo
tholicorū
ob negle-
ctâ defen-
sionem &
Lutheri
non audi-
tam.
Gal. 1.
v. 8.

His igitur Cheregatus sic in comitijs occurrit: Non dubium, quæ regula fidei atque religionis à Christo Apostolisque tradita, illa sit, cujus solam autoritatem sequi oporteat; verum hanc non scripto tantum, sed & verbis exceptam tam à Galatis, quam ceteris fidelibus, propagatamque per Majores nostros, Patresque ac Concilia fuisse. Unde temerarium sit de hac amplius cum novitio, solius scripti verbi interprete, disceptare velle, præsertim talia docente, quæ in præcis Ecclesiæ Concilijs damnata ac proscripta jam dudum fuerint. Maximam sanè injuriam veteri orthodoxæ Ecclesiæ, ejusque synodis facturum, quisquis de illis, quæ constanter perpetuèque tradita sint, tanquam ambiguis disceptare, posterioribus huic seculis, eorumque decreta convellere disputando privatim ausit. Sacrosanctum atque illibatum cui libet debere esse fidei, quidquid jam olim in Ecclesiâ receptum creditumque fuit. Lutherum quidem audiendum fuisse, num in scholis & pro concione antiquæ fidei, hos illosve articulos contrarios tradiderit, hunc aut illum librum vulgârit? Sed sua hæc dogmata stabilientem argumentis, audiri prudenter non posse, cum nefas sit in sua orthodoxorum Christianorum fide dubitare: nisi fortè in concilio publico coram Ecclesiâ universâ, controversiarum judice, depromere errores jubeatur, tanquam ex sua confessione judicandus, corrigendusque. Has ergo inter privatos sine æquo judice, disceptationes inutiles noxiasque haberi: ad Lutheri verò damnationem proscriptionemque suffecisse, quod intellectum, ipso consentiente fuerit, se contra receptam fidei in Ecclesiâ regulam, quæ nemini orthodoxorum dubia esse possit, novam doctrinam vulgasse.

Legatus
docet cū
Luthero
discepta-
dum non
fuisse sine
æquo ju-
dice; nec
ausulta-
ri eū pos-
se, quæ re-
cepta &
indubita-
ta fidei
regula
adverse-
tur.

Hæc sapienter Cheregatus. Quæ verò Lutherus, ejusque asseclæ ex Paulo in ore ferunt, hæc illorum fundamentum, de sola Scriptura audienda, non modò non stabiliunt; sed prorsus etiam evertunt; cum Galatis, non de scripto Dei verbo, (quod multis nondum partibus acceperant) sed de annuntiato, seu tradito abs se Paulus fidei verbo locutus sit, præter quod nec Romani quicquam in fide divina admittendum esse, statuunt. Quo in argumento & alia adversariorum fallacia, quæ plurimos Catholicorum tanquam fascino captos deludunt, meritò est observanda: quando nimirum verbum Dei Concilijs opponunt: illudque contra

Falsū Luthero
tribuitur
damentū,
& Aca-
tholicorū
huic in fide
sententiam
fallacia.

An. Chr. hæc tanquam infallibilis amplectendum asserunt, quòd in isto mihi Deus, in his loquantur homines. Hoc enim verò Catholici minimè negant, falsòque ipsèdè oppositum tribuitur: verum asserunt, ubi de articulis fidei stabilendis agitur, quariturque quòdnam de his verbum Dei extet, quòve illud sensu, atque interpretatione accipiendum sit? tum Concilij totius sententiam unius hominis iudicio præferendam, ut longè certiozem, viderit: quòd divinis æquè ac humanis rationibus fundatissimum axioma, mirum est quemadmodum ab homine non a mente possit oppugnari. Demus enim in controversiam venire: num præter scriptum Dei verbum, traditiones Apostolicæ in Ecclesia Christi admittendæ sint? ac illa Apostoli sententia ad Thessalonicenses: *State & tenete traditiones quas accepistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram*, in disceptationem trahatur: Conciliumque adversus Lutherum definiat, non solum hæc traditiones scriptas, verum etiam per solum sermonem exhibitas commendari: an quisquam neganti hæc Luthero piè prudenterque adversus totius Concilij autoritatem suffragari poterit? Et si magis id nequit, quàm ut aureum unum centum alijs præstare sentiat, quàm fronte inficiabitur, præter scriptum Dei verbum, aliud traditum in Ecclesia conservari? ideoque blateronem quempiam ex sola Scriptura totam Ecclesiam arguentem non audiendum; sed tanquam infanum quempiam explodendum esse? ut jure hæc defensione Cheregatus in comitijs usus sit.

At verò minus consultò, ex Hadriani mandato, in ceteris versatum esse accepimus, quando hic Romanæ curiæ atque Ecclesiasticorum abusus excessusque confessus, suorum etiam decessorum existimationi non pepercit: simul quoque omne abs se ad emendationem curandam studium pollicitus, ut ab ipso fonte malum tollatur, si non repenti, sensim tamen: *cum qui emungit nimium, sapè eliciat sanguinem*. Quo plus in facto germani candoris, quàm maturi consilij Hadrianus ostendit: nam & confessione hæc adversariorum erga se gladios exacuit, & exaggeratis Lutheri accusationibus, ejusque defectioni, ceu minus iniquæ, pondus addebat, ac sibi denique necessitatem imponebat abrogandi illa, quæ Germani Principes iniquè Romæ geri interpretarentur, ut pleraque futura erant, quæ cum aliquo suarum opum & libertatis detrimento conjuncta essent, ceteris fortè, quæ Hadrianus in vitio ferret, præteritis. Consultius igitur Pontifex seculâ correctione sustulisset offendicula ex oculis, quàm eâ confessione plurium conspectui, & supra veri æstimationem subjecisset. Lutherus certè eandem typis vulgatam suis Annotationibus locupletavit, teste usus ipso Pontifice; sed Italicarum adhuc rerum parum gnaro, qui que ex fama magis apud Germanos Hispanosque collecta, quàm experienciâ Romæ haustâ loqueretur. Undè & hac simplicitate, quâ Germanis se aperiebat, & diffidentiâ, quâ minus se credebat, Italis, reconditi magis animi sensusque hominibus, displicuit. Idque maximè, postquam Guilielmo Enkenfordio, Episcopo Dertusano, & Henrico Hezio, sibi à secretis addito, Belgicæ nationis viris, præcipuè se panderet; & humanitate magis, quàm liberalitate, cujus materia opes deerant, amicitiam Romano-

Ecclesia
interpre-
tatio
verbi di-
vini
hominis in-
terpreta-
tione jure
præferitur
2. Thes.
2.

Minus
consulta
Hadriani
mandata
quibus
Romana
curia ab-
usus ex-
poni jus-
sit.

rum p̄rensaret, quæ sepe sine auro, tanquam focus sine igne, friget. Quo ex capite minor etiam ad membrorum curationem manavit virtus, quod amore occupandi magis animi, quam timore viderentur,

Inter hæc, cum Legatus quoque significasset Pontifici, queri Germanos Principes. Pauca olim cum Romanis Pontificibus in ita non uno modo violari, pari candore respondere iussit Hadrianus: Et sibi jam olim illud visum. De Majoribus quidem suis prestare non posse, provisurum autem, ne quid deinde ledatur, & communis equitatis studio, & Germanorum amore. Monuit insuper, ut siquos illic doctrina ac virtute præstantes, rerum verò indigos reperisset sacerdotio idoneos, de his ad se meritis honoribus ornandis, perscriberet. Tum verò ut hortaretur Principes, sibi ut significarent, quæ viâ porissimum tam pestilenti sectæ latius indies grassanti occurrendum sentirent? denique, ut sacerdotes passim impunè ad matrimonia transeuntes iustis panis coacerent, postulavit. Quod verò rogaverant Principes, ut forenses in curia Romana suspensæ Germanorum lites, in patriam decidendæ remitterentur, id se in præsentiarum negavit posse efficere; quod plerique Advocati Judicesque causarum, quorum in manibus illæ essent, Româ metu pestilentia abscessissent; facturum ex æquo, ubi redissent.

Responderunt ad hæc omnia, quæ tum ex literis, tum ex mandatis Pontificiis acceperant, Principes, Ferdinandi Archiducis, Cæsaris fratris, Vicarii que, autoritate addita, ac post officia gratulationis & venerationis ergo Hadrianum præmissa, testantur gratum sibi exoptatumque fuisse, his tam exulceratis temporibus eum Ecclesiæ obrigisse summum Pastorem, cui adeo illius salus instauratioque cura sit, voluptati sibi fuisse, cognoscere, quantum pro immanitate Turcarum infringenda, & velis, & fecerit, gratiasque debere, pro tam benevola erga Germanos, turbatamque eorum remp. componendam voluntate. Neque enim, nisi civili submotâ discordiâ, Turcis occurrere, Pannoniaque Regi, qui per legatos præsentibus ad obtestetur, subvenire posse. Pacem aut inducias ipsius interventu conciliandas videri. Lucherum ex Pontificio Cæsareoque hæcenus mandato, sine gravissimo seditionis discrimine, non potuisse corrigi; quod persuasum vulgo sit, veritatem cum illo Evangelicam opprimi, & manifesta Romana curia vitia defendi. Quæ cum ipse cogatur Pontifex agnoscere, ab ipsorum emendatione tanquam à malorum fonte auspiciandum; tum verò concordatis Germaniæ insistendum, quod amanter fieri obsecrent, ut ab ipso sancte paterneque sit addictum. Post hæc rogant, ut Annatas beneficiorum, (sic appellant primi anni à morte decessoris pensiones à) Romanis in Germaniam, ad exhaustum illius ararium contra Turcas succiendum, transferri patriatur, quod hæc principio à Pontificibus adversus Turcas postulata concessaque, nunc aliis non sine largientium indignatione usibus deserviant. His obtentis, ajunt, spem magnam concilianda rursus tranquillitatis affulgere. Quod verò deinde, in hac religionis tempestate componenda, consilium expromere quemque suum jubeat. Id saluberrimum videri universis; ut ipsius ac Cæsaris voluntate, in aliqua Germanorum urbe, uti Moguntia, Argentoratum, Metz, aut Colonia esse queat, concilium primo tempore cogatur, in quo liberè quisque, cuiuscunque demum ordinis, jurisjurandi etiam religione obligatus, & possit & debeat illam pronuntiare sententiam, quæ ad Dei glo-

Respon-
sionem
Principū
conventus
Nori ber-
gii ad li-
teras Ha-
drianus,
& man-
data Che-
regarii
proposita.

An, Ch. riam Ecclesieque, ac reip. salutem spectet. Se interea etiam cum Friderico Saxonie Principe laudatissimo, daturus operam, ne quid deinceps librorum Lutherus vulget, aut is, aliiue pro concione differant, nisi Christi Evangelium, ex probata Ecclesia receptaque interpretatione proponendum, prateritis rejectisque ad futurum consilium gravioribus de fide controversis. Quam in rem idonei ab Episcopis Censores deligendi sint, ut si quis fecisse secus observetur, impunis non abeat. Eadem animadversione observandos typographos, ne quid nisi à viris bonis doctisque probatum, typis vulgetur. Et hac esse; quibus pro re nata consulendum optime tranquillitati publice arbitrentur. Quod verò legatus de sacerdotibus ad nuptias transeuntibus corrigendis petat, id dicebant cum politici juris non sit, ex prescripto Pontificij juris emendandum videri. Priora igitur, decerto publicè expolito Cæsaris nomine VI Martij die, anno MDXXIII sanciverunt: vicissimque rogârunt Pontificem libello exhibito, qui centrum gravamina Germanorum Principum continebat, & à Carolo in Comitibus Wormatiensibus rejectus fuerat, ut in his levare oppressos dignetur, ubi prater libertatem ciborum, quam sibi volebant fieri, Clericorum libertatem etiam civilibus adstringi cupiebant judiciis, ac precipue Annatas aliosque Romane curie census tolli, quæ diverso quondam consilio indulta nunc velut usurpato jure ad quemvis usum traduci querebantur. At Romani negabant, solis Turcis repellendis, sed ad quavis Ecclesie totius onera impensasque sustinendas hæc tribui sumique. Alii Romana in aula ex omni natione homines, legationes in Germaniam aliòve crebras destinari, consilia Roma in totius Ecclesie usum, à senatu non modico illustrium Doctorumque hominum, agitari: ut æquum sit, totius Ecclesie impensis, tam gravia diversaque munia conservari. non hanc recens natam, sed diu inolitam consuetudinem, Turcarum viribus reprimendis, adjecta quandoque supra usum tributa, cum isdem quoque amotis cessasse, adedque has quereimonias ratione destitui. Alia quoque gravamina, justam summi in Ecclesia capitis auctoritatem infringere, & libertatem Germanis postulari nulli equitati congruentem. Vnde hæc pleraque in ventum abiere; cum, ut optimè Germanis Hadrianus vellet, aut senatu oblucente, aut conscientia, non poterat voluntati plerorumque servire, morte demum conatum intercipiente. Nec decreti Noribergensis vis major; cum illo neque Romanis neque Lutheranis, nec denique Cæsari factum satis. Hic cum illis querebatur, edictum Wormatiense negligi, atque impunè Lutherum cum suis, publicâ in luce grassari. Lutherus novo etiam decretum commentario illustrare sumque in usum ausus vertere, Evangelium se non quidem ex Thoma, Scotique; at ex Hilarij, Cypriani, atque Augustini sensu interpretari jactabat; quibus tamen universis biblia S. preferat. Conjugia quæ natura suasit, negabat Sacerdotibus posse à quoquam eripi. Verbo; decretum in cælo latum asserbat, quod omne mortalium decretum elideret. Ita Lutherus omnium conatus auctoritatemque uno sacrarum scripturarum prætextu, tanquam machina quosvis muros evertente, explodebat. Post hæc Hadrianus anno 1523, Romæ XXI V septembris, vita ac munere abiit sepultus in Vaticano hoc eptaphio. Hadrianus VI hic situs est, qui nihil sibi infelicius in vita, quam quod imperaret, duxit. Postea tamen ad S. Mariam de Anima ædem Teutonicorum nobiliori monumento est conditus. Postquam

Centum
 gravamina
 na à Ger-
 manis
 preposita,
 sed à Ro-
 manis ne-
 gl. 47.

Lutherus
 nec Ro-
 manorum,
 nec prin-
 cipum de-
 creto mo-
 verat

Juli-

Julius Medicus Clementis VII nomine locum tenuit. Cui quod neque concilii in Germania celebrandi facta spes, nec gravaminum sublevandorum in Germania placeret expectatio, Laurentium Campegium Cardinalem ad principes, novumque quem Cæsar urgebat Noribergæ, conventum destinabat, sub anni exitum. Et concilium quidem aversabatur, quale Germani spectabant, in quo libera cuique sententia esset, sacrique cum profanis confusi, nullius supremo regerentur arbitrio, cuius proinde exitus futurus esset rerum sententiarumque confusio, omni posthabitâ Pontificis autoritate. Sed neque bellis inter Carolum ac Franciscum Galliarum Regem concitatis, aliorum sociari Episcopi regnorum poterant, adeoque generali concilio hæresis infirmari. Germani autem soli, quales in concilio futuri essent, jam ex habitis inter illos comitiis exploratum, quibus controversiæ auctæ potius, quam imminutæ fuerint; ut oleum pro frigida affundere incendio videantur, & pestilentiam plures contrahere, dum mederi conantur. Frustra etiam prætendi illa, esse gravamina, quæ jam olim in usum recepta, nisi temerè convelli nequeant, Ecclesiam suis abire iuribus, viresque ac libertatem cedere profanis non posse. Si per vim auferantur, levius detrimentum laturam, resque suas, non jura amissuram. Concordata Germaniæ inter Nicolaum V & Fridericum III ini-ta minimè violata. Census ex sacerdotiis collectos Romanæ esse curiæ, totius orbis laboribus nata, alimentum; & tenuius, quàm ut impensa Germanis, respondeat operæ. Si de aliis Romani non accusentur vitiiis, jam esse excusatos, laboraturum tamen Pontificem, ut siquæ Clericorum moribus adhærescant vitia, expurgentur, plebique consulatur adversus immoderata Ecclesiæ onera. Hæc aliaque disserere, & privatim publicèque Cardinalis suadere iussus est, aliquid diversâ, quam Hadrianus dederat, instructione: ut non nunquam diversis ad eundem terminum vis contenditur. Verum Germani, in primisque Saxo & urbes liberæ, aditus hisce consiliis omnes obtuxerant; sperabantque futurum, ut injecta denique necessitate, & Germaniæ à Romanis avellendæ discrimine, percussus Clemens, levioribus malis commodis, quam universâ privari Ecclesiâ. Quare, ut Germanorum mos est, comitiis semper futuris spem conciliationis alere, præsentibus verò sine definitione controversiarum immorari, & veluti ex mora ut negligentes solent Medici, captare remedia. Ita nunc quoque ad Comitium spiræ indicenda, totius causæ arbitrium, ut infra videbimus, rejecerunt. Inter hæc, sub Hadriano etiamnum Pontifice Rhodus, nobilissima urbs ac insula, à Militibus Hospitalariis, nunc Melitenibus, tunc Rhodiis à loco dictis, fortissimè contra Solimannum defensa, sexto obsidionis mense, qui decem-ber erat anni MDXXII, Mahumetanis cessit, æterno Christianorum Principum opprobrio, qui privatis æmulationibus bellisque distracti, hoc commune religionis suæ propugnaculum neglexere. Veneti induciarum fide ligati, nec artifices quidem è Creta suos Liladamo Gallo ordinis Magistro, & loci propugnatori impunè indulgebant. Hadrianus Pontifex vanum sine opibus moliebatur auxilium, & hoc quod paraverat trium onerariarum, ventorum iniqui-

1522
Novus
Pontifex
Clemens,
& nova
ad aliam
Noribergæ
genitum
conversionem
per Campegium
legatum
mandata.

Leuncl.
lib. 18.
Guicci.
ard. 1. 15.
Jovius in
Hadr.
Bosig p.
2. lib. 19.

Rhodus à
Turcis obsessa,
& à
magistro
fortissimè
defensa
postremò
tamen ob
defectum
Christi-
subsidii
tradita.

AnChri iniquitas tenuit. Rex Anglus quàm procul à calamitate, tam à voluntate quoque subveniendi aberat, maxima spes in Carolo Hispaniarum, & Francisco Galliarum Regibus; sed ad anchoras nullibi solutas, hæsit. Pro exigua hi Italiæ portione, decies retro actis temporibus, sine magno emolumento occupatâ, & amissâ decies, vanissimâ æmulatione decertabant, ac Turcæ in orienti, hæresi in Germania liberè grassanti, validissima Ecclesiæ membra discerpenda relinquebant, tam pertinaciter probroseque divisi, ut his denique, quam sibi invicem, licet Christiani & consanguinei, adhærescere maluerint. Unde Solimannus, audaciam ab aliorum dissensione mutuatus, ter in expugnatione Rhodi profligatos suorum, cum robore exercitus, animos à desperatione ad spem revocavit. Primum ipse cum nova classe allapsus, deinde, & hujus viribus consumptis, Mustapham sororium obsidionis, ut primum auspiciandæ, sic nunc solvendæ autorem, ab exercitu submovit, & Achmeten Bassam fortem navumque militem cum summo imperio præfecit, ac demùm, cum & hic, confectis jam sæpius instauratisque copiis, deficeret, milesque sese in certam ulterius mortem ingerere tergiversaretur, discessurus erat, nisi Andreas Amaralus Liladami Cancellarius, occultus, ob præreptos sibi Præfecturæ honores, æmulus, idèoque proditor, per literas sagittâ missos, propugnatorum ex imminuto numero imbecillitatem significasset. Qui tamen cum servo, quondam Judæo, prodicionis deprehensus, illo quidem exitu sublatus est, ut servus in Christiana, Amaralus in Mahumetica religione decesserit, digno videlicet perfidiæ pretio. Solimannus igitur, qui se vivum Rhodo nisi interceptæ nunquam cessurum juraverat, suos iterum, novis etiam Januzaris advocatis, hostili confessione animavit, monuitque Liladamum, ne extremo sese discrimini pereundi obiiceret, honestâ etiamnum deditione secum licere pacisci. Is cum nec paucitatem suorum, quotidianis per cuniculos, stratosque aditus incurfibus sufficere diu posse; nec spem auxiliorum à Christianis affulgere per hiemem intelligeret, hostique jam obfirmato hæc constare non ignoraret, Solimanno certis legibus Rhodum cessit. Qui hanc festo Corporis Christi obsideri captam, festo Nativitatis ejusdem ingressus est, ac Liladamo fortissimo heroi præcipuos inter suos honores, si Mahumetum sequeretur, nequicquam detulit, asserenti: Rhodo sese, at religione avita deijci non posse, Christum sibi Mahomet semper potiozem futurum, atque ita calendis Januarii classe reliquias suorum in Cretam transtulit Turcis aliquando prædæ cessuram; quia cum Rhodo auxilium negavit, sibi ejusdem opem sustulit, unamque manum resevit, sola deinde alterâ in fortissimum & ambidextrum hostempugnatura. Tanta Christianorum Principum cecitas est, pro modicis inter se terminis ditionis sææ digladiantium, dum integra eis regna eripiuntur, qui nequid amicus præ illis possideat amplius, malunt juratum hostem Dæmonemque rapere universa. O Reges ac Pastores gentium, quam difficilis vos coram Christo reddenda administrationis vestræ ratio expectat, qui hædum vagantem captatis, & integras greges negligitis! Certe Carolum quantumvis adhuc adolescentem

dolor

dolor pudorque haud levis facti occupavit, indignatioque adversus Turcam inflammavit, quem & Ludovico Hungariae Regi sororio suo incumbere gravissime, citra presentem ex Germania per haeresin dissipata, opem, intuebatur. Neque huc dum ipsi Hispania, minus ad externi Principis obsequium firmata, efferre tuto pedem licebat; ne dum aliena tueretur, negligeret propria: denique tamen, ubi facultas se obtulit, omni ad vires illius infringendas conatu intentus vixit.

Ceterum Rhodij milites ex hac insula dejecti, vagam aliquamdiu navigatione circumlati, demum Melitâ insulam, quam hodie dum adversus Turcarum vim strenue tuentur, à Carolo Imperatore recepti sunt. Eo die, quo Rhodus tradita est, prodigioso casu epistylum portae sacelli in Vaticano, cum Pontifex ad sacrificandum subiturus, vix altero abesset passu, duobus praetorianis oppressis concidit, tantaeque cladis omen fuit. Accedentem ad se Liladatum obvius Hadrianus cum lacrymis amplexus est, magnumque fidei Catholicae propugnatorum appellavit. Ex quo deinde Magister Ordinis in symbolo ad armatum quod gerebat brachium, pugnum quoque cum exerto gladio, manipuloque sacerdotali adjecit, cum hac inscriptione: *Pro fide*. Nihil inde ad pacem studij laborisque omisit Pontifex, ut pertinacem Caesaris Gallique ad bellum voluntatem infringeret, atque intemptiva, & utrisque Regibus probrosa arma in communem Christianorum hostem averteret. Id vero obtinuit, ut Legatis Romam missis, pacis consilia repudiare non viderentur. Sed hi tantis subito difficultatibus pacis tractationem implicatam senserunt, ut ad illam procurandam cum desperatione accederent. Induciarum breve tempus tanquam rebus suis inutile nolebat Caesar, longum Franciscus, Mediolani amissi impatiens, recusabat. Quamobrem ubi se pacis spe deturbatum videt Pontifex, sive veteri in Carolum benevolentiam ductus, sive recenti in Gallum a pace alieniorem indignatione, Caesaris se partibus magis est visus adungere. Postquam vero comperisset proditorijs Soderini etiam Cardinalis literis, quo familiariter inter suos utebatur Hadrianus, ad Siciliae occupationem invitari Gallum, jamque fama venientium armorum praecipuaret strepitum, questus in sacro Purpuratorum senatu gravissimè est Pontifex: *Franciscum esse, qui & Turcarum imminentium vim Europa metuentem faceret, & Siciliam Pontificia clientela regnum bello petendum designasset. Proinde muneris sui esse providere sedulo, ne quid aut communis Ecclesiae, aut Italiae saluti detrimenti accipiat. Pacis remedium ab armis petendum videri, post impensa nequaquam ad quietem consilia: à desperatione spem pacis inchoari posse, si junctis animis opibusque Franciscus cogatur. Nec moratus tertio Nonas Augusti se federi adjunxit, quod inter Caesarem, Henricum Angliae Regem, Ferdinandum Austriae Archiducem, Franciscum Sphortiam Insubriae ducem, Julium Mediceum Florentinumque imperium, Genuam, Mantuam, Senam, Lucamque conspirante, ijs legibus constitutum est, ut anno etiam post mortem valituram societate, alter alteri hostiliter petito opibus, aut armis speciatim pactis, jungeretur.*

Egit postremo apud Venetos per Campegium legatum Hadrianus, ut arma

M

fede-

1522.
Carolus
& Pontifex
quo
animo
clatâ ac-
ceperint.

An. Chr.
1523.

Jovius in
Hadria.
Guicci-
ard. l. 15.
Belcar. l.
17.

XXXI.
Pontifex
Venetos

An. Chr. *contra Turcam frustra excitat; contra Gallum deinde, ut hunc ab Italia averterat, sollicitat.* federatis ad impendentem à Turca Europæ tempestatem facilius dissipandam sociarent, Majorumque gloriæ æmuli, contra immanissimum tyrannum ferrum stringerent, qui magnis incrementis ferox, Italia Pannoniæque cervicibus superba destinatione incumbat. Verùm egregius ille Hadriani conatus, post inanem consiliorum jactationem, vanis speciosisque delusus titulis, Europæ multa quidem ostendit vulnera, nulla sanavit. Quocirca allaboratum est, ut à Gallicis saltem partibus ad Cæsareas Venetorum rempub. traduceret, & Franciscum, ijs destitutum subsidijs, Italici belli proposito deturbaret. Quâ in re licet Anglus Pontifici suam pro Cæsare operam adjungeret, res tamen varijs difficultatibus ac disceptationibus protracta, tardum habitura exitum videbatur: quòd Veneti Turcæ magis, quem pactionibus sibi placaverant, quàm Galli (quicum bellis superioribus contra Maximilianum Cæsarem Sphortiasque fecerant) offensionem metuerent, si Cæsari ad Neapolitani regni defensionem jungerentur, ex quo in Epirum aliasque Ottomannici imperij provincias facilis accessio pateat.

XXXII. *Eisdem ad suam Gallus optem nequequâ inruit.* Nec defuit hisce consilij dissipationis Orator Gallicus, qui veteris amicitia pacta emolumenta que opponeret, Regique jam ad Italicam expeditionem in procinctu stanti militem subsidiarium postularet: ut senatus ancipiti sententiarum varietate, ac perplexis rationum momentis distractus, neque fidem cuiquam addicere, neque disertè negare auderet, periculis in omnem sese partem objicientibus, quòd utriusque partis & amicitia suspectæ, & metuenda hostilitas. Denique Senatus consulto Gallis responsum est: Venetorum rempub. optimâ semper in Regem potentissimum voluntate ea observantia benevolentiaque dedisse argumenta, quæ ab amicissimis regia dignitatis hominibus expectari possent, superiorem etatem abundè testari; cum opportunis Regi auxilijs contra adversarios nusquam desuerint. Illam horum temporum naturam esse, quæ ob invalescentem Solimanni potentiam paria non ferant. Summum hierarcham omnibus votis viribusque orbi Christiano quietem procurare, adèd quidem, ut pertinaciter repugnantium contumaciam anathematis insiditæ pœnis cohibiturus sit. Trepidare jam vicino Turcarum furore perculsam Pannoniam, suæque defensionis spem in Europæ consensione habere collocatam. Nolle se illos videri, qui flagranti bellorum incendio faces adijciant, & interversis domesticâ seditione Europaorum Principum auxilijs terrorem afflicta patria augeant.

XXXIII. *Post ambigendâ disceptationem Venetias militi Carolo a cedunt.* His vulgatis, nulli etiamnum parti operam suam addixere. Erant qui societatis cum Francisco initæ religionem urgerent, negarentque, aut deserendum Regem, cui recepta nuper Brixia Veronaque gratiam deberent: aut adjuvandum suis opibus Carolum; qui post Insubria Siciliaque regnorum possessionem Italia cervicibus imminere, tot præsertim in ea Ducum summique Pontificis favore subnixus. Venetos si impotentioris Galli conatibus fautores accedant, eos esse posse, qui immodicam utrorumque Regum cupiditatem, æquis successuum momentis librent, usque cohibeant terminis, quibus & se invicem formidare, & Venetæ reipub. incolumitatem tolerare cogantur. Divisum utriusque per Italiam imperium minùs esse metuendum, quàm alterius, vel nimium auctam, vel debilitatam potentiam. Sed ista sentientibus gravium omninò

virorum, atque ipsius Gritti Ducis suffragio reclamatum est, existimantium: non eum esse Carolum, cui impunè Veneti oblectari possint, tantas haberi potentissimi Principis per Italiam, Hispaniam, Germaniamq; vires. Anglum etiam, nuper Carolo Hispaniam repenti novis devinctum federibus, Franciæ arma illaturum; ut alienæ regionis trans Alpes quaerenda cura facillè Gallo adimenda videatur, ubi proprijs Penatibus ignem admoveri senserit: æquius esse, ut nativi Insubribus Duces imperent, quàm alienis nobilissimæ Italia regio Principibus emancipetur. Obtinuit hæc sententia, ut Veneti ad Pontificis Principumque Italarum societatem, pro Cæsare datâ acceptâque fide accederent, certis in eam mutua obligationis pactionibus, ultrò citroque receptis, quibus armorum pecuniarumque subsidia præscripta ex æquo continebantur, quæ alteri quisque in discrimine exhibere teneretur. Anglo tamen ac Pontifici integra libertas his oneribus favoribusque utendi facta est, reliqui suprâ recensiti subscriperunt.

Nihil hæc omnia valuere ad Gallorum constantiam imminuendam, aut infringenda belli consilia. Per Alpes ingentibus sese copijs jam tunc in Italiam transfundebant, quas alio propediem exercitu Rex ipse Franciscus consecutus erat, nisi intempestiva Gallicis conatibus Caroli Ducis Borbonij ad Cæsarem defectio Francisci studia sanique destinationem intercepisset. Causam mutatæ fidei, quam raro Gallorum exemplo, suo Regi prodidit, in regis matris immoderatum amorem referunt. Ludovica hæc erat, Sabaudia quondam Ducibus nata, quæ adolescentem omnium Franciæ procerum formæ corporisque dignitate longè pulcherrimum nuptijs sibi devincire studuerat; magnis in aula regia honoribus iccirco præfectum: sed cum is effætæ sterilisque feminæ thalamum fastidiret, Susannâ Borbonij Duce præhabitâ, dignitate atque aulâ prope modum excidit. Quas, Susannâ nuper extinctâ, eâdem facilitate rursus amantis Reginæ procuratore adijt; sed obfirmato ad omnes mulieris blanditias Carolo, versis in odia amoribus, (quæ & amantem, & feminam, & Reginam denique potenter juxtâ atque impotenter inflammabant) de Borboniorum ducatu licentiam intendit, atque etiam filij Regis patrociniò freta, nihil minus opinantem deturbavit. Quæ cum ignominia cladesque altius Borbonij pectus insedisset, quàm ut leni remedio sanari posset, à rerum suarum apud Gallos desperatione consilium mutatus, Cæsaris militiæ nomen dedit, Eleonora sororis nuptijs in præmium defectionis ab Imperatore propositis. Elapsus in Italiam ex quaerentium ad vincula insidijs, cum duodecim peditum, ære Cæsareo Anglicoque collectorum, millibus, Burgundiam aliaque Franciæ loca petiturus erat; quod ex insigni, quâ apud Gallicæ nationis homines pollebat gratiâ, successum victoriarum metiretur. Quæ res, post transfusum jam Alpibus Goufferium, Franciæ militiæ Ducem, Franciscum intra patriæ defendendæ limites continuit.

Intèr hæc Cæsar anno præterito in Hispaniam se receperat; ut compolitjs istis tumultibus tranquillitatem firmiorem adderet. Ex itinere rursus in Angliam deflexerat, Regemque Henricum auro expugnandum ratus, eâ facilitate à Gallo ad se magnis pollicitationibus reducit, quâ traductus fuerat. Pendebat

rediens, Anglum sibi rursus auro conciliat.

M 2

Rex

15-35

XXXIV.

Franciscus

nihil mor-

tus Italia-

rum cum

Carolo so-

cietate in

Italiam

exercitum

ingentem

misit, i-

pse cum

altero se-

cuturus.

Sed Bor-

bonij Duce

defectio hunc

stuit.

Beleati-

us l. 17.

Jovius.

Guicci-

ard.

Causa deo

fectionis

amor atq;

ed. in Regi-

na non re-

damata.

XXXV.

Carolus

Impera-

tor in Hi-

spaniam

An. Chr. Rex Gallia quot annis Anglo centum triginta aureorum millia , hoc quoque venalem Regis militiam conduxit pretio Carolus, simulque Mariam se Henrici filiam, ubi ætas nubilis pateretur, thalamo accepturum promisit, aut mutatam fidem XL aureorum millibus luiturum. Nec mora, Henricus conscripto in Picardia ab Anglia Belgisq; magnis claudibus afflicta. Cæsaris subsidia milite, tredecim millium exercitum cum insigni tormentorum apparatu in Belgium transmisit: qui, cum totidem ferè Cæsarianarum partium millibus, flammâ ferroque per universam Picardiam grassati, non magno belli emolumento, pestilentia, laxataque alvi malis Hædino dejecti sunt, postquam illud bimestri oppugnatione nequicquam tentassent. Non tamen omissis; sed dilatis belli consilijs hujus seculi anno vigesimo ac tertio, ad motis Braia, Roia, Mondisiderioque castris, expugnant, incendijsque vastant; ut Parisij, si minus clade, certè horrore cladis percussî trepidarent. Belgarum agmina Florentio Buranorum Comitum viro, belli strenuo; Anglorum miles Nortfolcio, majoris nominis, quàm experientia Duci, parebat. His Trimulius adversariarum copiarum dux, quamvis triginta censeret armatorum millia, pugna facultatem nusquam fecit, donec Vendomium auxilio subvenisse altero exercitu intelligeret: quos, diducto in hiberna milite, suâ vicissim expectatione Cæsariani Duces frustrarunt.

Hæc Carolus in Anglia sibi auxilia paraverat, ubi mensẽ propè integrum moratus, Asturam postea, Hispania oram, felici cursu tenuerat. Magno illic exceptus cultusque Ibericorum procerum studio, nuntium victoria, in Catalunia finibus contra Gallos obtenta, lætus accepit, qui Beovia ac Maia arces imprimis munitas, non levi hostium strage in manus Hispanorum recidisse, jamque spem esse propinquam Fontarabia, post longam obsidionem occupanda, diceret. Hinc digressus ante vigesimum & tertium hujus seculi annum Augusto mense Vallisoletum subijt, incredibili honoris significatione ab omni ordinum genere exhibitâ, eaque passim spectaculorum imagine objectâ, quæ rebellionis culpam averfari deprecarique videretur. Cæsar deindè Tordefillam ad matrem veniens, magnis illam obsequijs ac reverentia officijs coluit, simulque Manes paternos sacris anniversarijs, profusaque in pauperes liberalitate, expiavit. Nec multo post seditionis Castellani regni civibus gratia delicti facta est; Pimentello tamen Maldonato alijsque seditionis autoribus legibus ferroque castigatis, ut remissionis juxta ac severitatis memor, alios metu, alios amore obligatos haberet. Valentianis Mendoza Proregis, quam protulerant, inclementia ad defensionem, & culpa veniam profuit: quod satis ad pœnam crederet, injuriam pertulisse, & non facillè plectendos existimaret, ubi omnes deliquissent: ne exulceraret potius vulnera, quàm persanaret. Maiorica tamen Balearium insularum Princeps exemplum rebellionis secuta, atroci quorundam autorum exitu luit audaciam: existimante Carolo, puniendum nonnunquam in capite, quod membra reliqua deliquissent. Ceterum ad hæc moderati Principis argumenta, fortissimi simul Ducis experimentum addidit: cum Vallisoleti inter Hispanos proceres generosus juvenis in ludicro equestri, præstantissimos quosq; Principes sub ignoto pugnantis habitu provocaret, tantâq; felicitate artes viresq; singulorum eluderet que strabus egregiam fortitudinem probat.

In ludic
dardis e-

116

ut deniq; agnitus omnium in se spectatorum applaudentium voces, admiratione virtutis, concitaverit, cum ex hac pugnandi imagine & belli ludo pro gloria instituto, serio nonnunquam pro salute patriæ dimicaturi successus metirentur.

Quantum hæc illi, cum virium, tum artis inter pugnandum exercitatio placuit, tantum jam tum prudentissimus juvenis sædum duellantium morem aversabatur, in quo & irarum parum iusti vindictio, & publicæ tranquillitatis frequens subversio, & præsens non corporum modò, verùm & animorum esset periculum. Ejus rei exemplum id temporis perquam rarum Hispania spectavit, in quo non minus Caroli æquitas, quam insana duellantium pertinacia admirationi fuit. Duo adolescentes Petrus Torellius & Hieronymus Anca genere, quàm virtute illustriores ex alearum lusu, subitâ contentione exarserant, ac duello congressi litem cum morte alterius finire, constituerant. Evenit, ut dum punctim cæsimque mutuo concurrerent, Torellius excussio manibus gladio, ad cretum alterius ictum pateret. Ergo supplex vitam victoriamque alteri se debere fateretur. Eâ tamen lege se ei submittebat, ne mortalium quicquam factorum sit conscius, ceterum mortem sibi ignominia cariorem fore. Non diu res latuit, siue ostentatione gloriantis Ancæ; siue alterius observatione ac relatu prodita fuerit. Hoc Anca, illud Torellius assererat. Unde vulgatis jam offensionibus, publico concertationem duello statuerunt absolvere. Hoc igitur à Cæsare supplici libello postulant, ex Aragonici & Castellani regni more; diemque se in foro Vallisolerano sistendi nonum & vigesimum Decembris accipiunt. Illic quinquaginta passuum area palis in terram defixis cincta, & scena hinc atque inde surgebat gemina, una Cæsareum sub umbella thronum, altera Præfecto Castellano instructam sedem continebat. humiliores scenæ sedesque pugnantium consanguineis patebant, ad harum vtriusque latera duo surgebant tentoria armandis in pugnam duellantibus parata. Solenni procerum comitatu cultuque omnium magnifico, progressus ante omnes in scenam Carolus, sequebatur cum illustrium nobilium catu Præfectus, aderant tibicines ac tympanistæ, qui comparendi pugnandique tempora distinguerent; a codicillis feri alij, uno omnes cultu. Post hos Torellius provocator certaminis comitatus legato Castrensi instructore, alioque illustrium virorum stipatus agmine, bipennis illi rostrata, gladiusque Hispanicus, quo punctim feriunt, ac denique armatura militaris præferebatur. Ante hæc tabula una gentilitiis insignibus signata; & certaminis leges complexa altera, ad Cæsarem ac deinde Præfectum magnâ venerationis significatione cum divertisset, suo denique tentorio successit, quem Anca pari, & cultu, & comitatu insecutus, se recepit tabernaculo. Ad Præfecti majoris scenam suspensa cum tabulis arma, atque educti pugiles coram sacerdote ac Christi à Cruce pendentis imagine, manu sacris bibliis imposita, sacramento recipiunt, iuxta se causæ opinione in certamen protrahi, nulloque præstigiarum aut veneficii, dolive illiciti genere ad pugnam venturos. sed Dei Divinoque Georgii & Virginis Matris subnixos auxilio, corporis ingenique tantum vires ad victoriam collaturos. Subinde in statera utriusque pugilis arma examinantur,

M 3

quæ,

1523.

XXXVII

Duo ex nobilissis juvenes duelli, in quo si jactaverant facultatibus, postulantes, in arena coram Cæsare producti sunt cumque à dimicatione quisque victor pronuntiari à Carolo vellet aut arma resumere, surpiter ad vincula amandantur.

Duellantium coram Cæsare apparatus comitatusque.

Jurans bona fide certamen se intruros.

Viris que arma ad stateram suspenduntur.

An. Chr. quæ, ut minimum, pondo nonaginta appendere debebant, coram testibus ea deinde quilibet suo in tentorio induit. Mox tubis indictum silentium ac voce præconis sub capitis poena interdictum: ne quis ullo, aut verborum aut corporis motu, signoque pugnantem, vel animet vel terreat, armaque, aut sumere aut ponere jubeat, nisi ex officio constitutus. Post hæc Torellius, ferro corpus, manum bipenni, latus gladio armatus, cum suo instructore in arenam progressus, publicè à Præfecto nomen causamque adventus enuntiare jubetur, ac levatâ casside agnitus remittitur. Ita postquam & Anca paruisset, tubis ad preces concipiendas insonatur, quas ubi quisque absolvisset, suosque instructores amplexus valedixisset, tertio tubarum sonitu ad pugnam evocantur. Torellius provocator, arenam primus ingreditur, gressu concitatum animi ardorem exprimente, temperato magis gradu Anca advesum subit, quem præoccupato Torellius ictu tam validè secundum caput perstringit, ut loco quamvis obnixum propelleret. Ille tamen collecto in vires animo vix imparrem plagam reposuit. Ita congeminatis in se mutuo ingenti furore favire ictibus, impellere punctim, calumque artus contundere, magno brachiorum corporumque jactatione; dum convulsis bipennibus, ad luctam convolarent. Tum Cæsar fortissimos juvenes atque idonea bello corpora nobiliori servaturus cladi aut victoriæ, aureâ, quam manibus tenebat, virgâ in aream projectâ, dirimendæ pugnæ signum dedit. Ad quod triginta in eam rem parati nobiles convolant, invitosque ac renitentes pugiles suas in stationes abstrahunt. Ortâ deinde inter eos de victoriâ controversiâ, ejus honorem suâ Cæsar sententiâ atque autoritate ad utrumque pervenisse declaravit: quâ cum neuter acquiesceret; neque gravior Cæsaris sufficeret admonitio, cum experimento armorum contra Turcas oblato: turpiter areâ ejecti sunt, ac denique etiam vinculis mancipati; dum ficta magis, quam verâ amicitia specie postremum convenirent, que inimicitias ad mortem usque exercitis est dissipata. Ita dum victoribus esse liceret, suis fædè affectionibus victi gloriam quærendo perdidierunt.

*Acris
concerta-
tio.*

*Signum
pugna fi-
nienda*

Sententiâ.

Interea Francorum res parum secundo per Galliam, Hispaniam, Italiamque eventu ferebantur. Goufferius Insubriam primis successibus non infelici bello petiisse est visus; cum, transfusus per Alpes quatuor & triginta hominum millibus, terrorem fugamque hærentibus ad Ticinum Cæsarianis incussisset. Sed dum ad minoris momenti oppida primum impetum viresque impendit, Cremonam deinde ac Mediolanum urbes per moram confirmatas, irritâ obsidione pressit, fortunæque sensim adversante, cæli injuriis, ac Cæsaris Ducibus Columnâ & Lanoio ita denique attritus est; ut virorum fortium istic sepulcra quidem multa, tropæa nulla erexerit. Fontarabia etiam Gallia in Hispanorum terminis finitima, Fraugeti parum diligentis Præfecti manibus custodiæque subducta est, & insperatâ Gallis deditiois pactione, ad Hispanos conversa.

*XXXIX.
Hadria-
nus Pon-
tifer mo-
ritur.*

Sed importuna Caroli rebus mors Hadriani Pontificis fuit, quem conciliandæ paci nequicquam incumbentem, ac denique Cæsaris contra Franciscum rebus

rebus inclinatum, inter ipsam publice vulgari fedoris solennitatem, morbus, qui illi supremus esset, occupavit. Erant, (ut magnorum principum fata magnis suspicionibus obnoxia sunt) qui repentini interitus principia veneno accepto impitarent. Certius medici ad conceptum animi moerorem, quem tot orbis Christiani mala, sub ipsius principatu nascentia, incusserant, morbum referebant. Cum ad pacis artes frustra se cogitationem omnem studiumque impendisse animadverteret; ut proinde à sua ipse dignitate averfus, infelicem se primum expertus sit, cum aliorum iudicio felix esset. Hinc & illa conditi monumenta data Epigraphe. *Hadrianus sextus hic situs est, qui nihil sibi infelicis in vita, quam quòd imperaret, duxit.*

Non defuerunt tamen, qui hunc locum cum fastidio possessum, ambitiosè prensarent, duo Purpuratorum, nobilitate, potentiâ virtutisque existimatione egregii, Pompeius Columna & Julius Medicus. Hic arte biennium repulsam passus, minori nunc redibat invidiâ, majori etiam juniorum adhærescentium favore: ille seniorum autoritate innixus, tantò honestiori æmulatione contendebat; quòd aliis cano venerandis senio, non sibi dignitatem illam visus sit quarere. Pompei pertinacem spem Galli fulciebant; alterius imperatori, adeo ut Patrum comitia diversis invidentum atque ex opposito faventium astibus ad quinquagesimum penè diem iactata, vulgi etiam contumeliis acerbissimè proscinderentur. Tadium denique morbusque intra unius conclavis angustias coercitis incumbens Pompei consilia inflexit; quòd, Cæsari non averfus, seniores plerosque Gallicis studiis occupatos intelligeret. Itaque animum ab aliena felicitatis obreftatione generoso proposito ad favorem transtulit, Julioque, modò inimicitia in se aliosque suscepta oblivisci vellet, dexteram exhibuit, quam vicissim ab illo, cum magna amicitia fideique obligatione delatam, suscepit. Neque verò jam plerorumque suffragatione electus Julius sefellit, cum ipso etiam nominis Clementis Septimi usurpatione suam adversarii humanitatem, odiorumque omnium memoriam abolitam profiteri voluerit. Quàm ingrata Romanis purpurati senatus cunctatio, tam accepta Julii electio fuit, qui tantâ populi gratulatione applausuque ante Basilicam Vaticanam Pontificatus insignia induit, quantâ ante illum nemo alius, quòd spes ingentes, ex magnis ad familiæ dignitatem adjunctis virtutibus aleret; & procul ab infamibus voluptatum vitiis, inter maxima quæque utriusque fortunæ experimenta, versatus esset, eâ Princeps moderatione ac singulari laude sapientiæ; ut ad summum Ecclesiæ bonum, orbisque Christiani tranquillitatem, natus assumtusque videretur.

Nec inani sanè Romanorum persuasione. Nam privatum, quod Cæsari hætenus impenderat studium, quam mox, ubi sacrum hoc in omnes Europæ nationes imperium cœpit capessere, cuius etiam genti debere voluit ne omnium malè pater audiret, qui amorem ex æquo in filios non partiretur, tum, ne divisus in certos Reges affectionibus, pacis, ab omnium consensione expectandæ, copiam difficilorem faceret: tum denique ne auctâ per Italiam Cæsaris poten-

XL

*In oratio-
nibus
Medicorum
(Colum-
na ultro
cedens)
quem Cæ-
sares fo-
vebant,
prævaler,
Et Papa
Clemens
VII natus
cupatur.*

Jovius in
vita
Pompei,
Gucci-
ard. l. 15
Onuphr.
in vita
Clem.

XLI

*Privatū
erga Cæ-
sarem af-
fectum e-
lectus de-
ponit.*

An. Chr. potentia, in illo regnandi cupiditatem, in popularibus jam conceptum servitutis metum incitaret: quorum uterque *affectus difficile regitur, ubi vel ad spem, ad desperationem immoderate propellit.* Hanc quamvis aliquamdiu mentem, solitis in Carolum obsequiis, tegetet; tamen occasio dissimulationem prodidit, iam Galli, ut diximus, variis in Italia cladibus per imperatorios Duces, atque in primis Prosperum Columnam attriti, non tantum Mediolanensis imperii possessione exciderant; sed etiam victorem militem in patria regione exspectabant,

XLII
Caesariani in Italia victores Borbonio alicore Galliam petunt, sub Piscario Duce
 Nam Borbonius Gallia magna aviditate imminebat, & hanc se non magis armis, quam benevolentiam expugnaturum sperabat. Nec diversus ab hoc consilio Caesar, quare suos peregre hostes, quam domi expectare maluit. Quocirca, jam Prospero Columna vita functo, Ferdinandum Davalum Marchionem Piscarium, superiorum temporum bellorumque virtute probatum Ducem, Italico exercitui praefecit summum Imperatorem, cum quo Hugo de Moncada, classi, pari cum potestate, iussus ex lege praesse, ut ad Borbonii uterque consilia in hac expeditione spectaret: interea Carolo Lanoio Proregi Neapolitano cum exiguo Milite res Italica commissa sunt. Rex Anglus, atque Imperator ex diversis sese locis Galliam, ubi primus mars auspiciatō cederet, invasuros receperant; ut tribus eodem tempore Franciscus exercitibus circumfessus, non tam de recuperanda Italia (quod vi tota regni moliebatur) quam de retinenda Gallia cogitaret. Bellum ita novum sapientium virorum iudicio ambiguum ventilatum est. Multi illud plus terroris, quam damni illaturum hostibus existimabant, quod non magna copia in terram, militaris vulgi fecundissimam, se temere infunderent. Alii etiam majorem hinc Italiae, quam Galliae ruinam ominabantur, quod illa necessariis exuta praesidiis parum consulto hostili audacia ferroque nudaretur. Sed Borbonii spes omni difficultate superior trahebat reliquos, quae tamen *ex vulgi gratia non minus, quam ex vento classis pendebat, hauri facile cum aura deficeret.* Provincia, Galliae pars, experimentum fortunae datura erat. Huc Piscarius per Alpes maritimas, ne a classe longius abesset, cum exercitu milium quindecim contendit, Moncada sedecim triremium classe, apparatu bellico ac defensoribus plena vicinum mari iter legit; sed ad ipsos Provinciae fines se se Andreas Doria Regiae classis Praefectus, majori triremium militumque copia, objecit; ut Moncada littus, ubi suis adungeretur, trium navium detrimento, sit coactus respicere. Quin & Philibertum Orangiae Principem, ex Hispania ab Imperatore submissum, improvisa ignotaque Gallorum in mari classis fefellit: cum ad hanc, velut amicam, delatus, pro hospitio carcerem haberet. Res tamen magis ad votum sese inclinare est visa, postquam expositis tormentis Provinciam subirent.

Iovius in
 Piscario
 Belcar. l. 17.
 17.

Copia
 maritima
 eadem
 partim
 tor.
 Siquidem Borbonius ad Aquas Sextias delatus, magna civium gratulatione, acceptus est, & vicina hoc exemplo Castella pari facilitate ad eius voluntatem patebant; ut hinc statim Avenionem, ubi sedem belli figeret, cogitaret; nisi aliorum Ducum consiliis Marsiliae oppugnatio velut tutior persuasa esset. Sed illa ingenio loci apprimè firma ac partim alluente mediterraneo, partim montibus

XLIII
Borbonius multo eum gratulatione excepit, ad Marsiliam haesit.

Res tamen magis ad votum sese inclinare est visa, postquam expositis tormentis Provinciam subirent.

tibus altissimis defensa, quamvis difficilem oppugnantibus accessum faceret, 1523.
 salo tamen soloque fortissime quassata est: neque Borbonii favor hic tantum
 potuit, ut civitas venienti pateret, cuius licet obtinenda aliqua se Principio
 spes ostenderet; obstitit tamen & Brionii Praefecti vigilantia, & inducta per
 Rhodanum ingentis apparatus bellici; Italicique militis praesidia. Cœptæ
 nihilo minus oppugnationi naviter Cæsariani incumbabant, quamvis inutili XLIV
 morâ ac labore aliorum favorem, & spes suas consumerent.

Enim verò inclinatos Borbonio multorum animos regii militis, in diem
 magnis augmentis invalescentis, timor & Cæsariani exercitus impotentia
 inter Francisci obsequium detinebat. Cùm ille, coeuntibus jam copiis, in pro-
 cinctu staret; hic consumptis inutili labore, ac morâ viribus audaciam constan-
 tiamque brevi amissurus videretur, fidem igitur malebant sine periculo Regi
 servare integram, quam cum discrimine amorem suum probare Borbonio. Ac-
 cedebat Henrici Anglorum, ac Caroli Imperatoris neglecta promissio, quo-
 rum uterque bellum aliis Galliarum partibus inferendum morabatur; hic quidem
 argenti frustra in armorum usum postulati, inopiâ ille fidei rerumque Cæsari
 præstandarum incertus: quod post ingentes militiae impensas spem pecuniâ
 Carolo numerandâ amitteret; ut qui impar propriæ seu indigentia, seu cupi-
 ditate ararium possideret, vastissimi imperii, tamquam corporis moderator,
 in quo necessitas non parum alimentorum requireret. Præterea ex Italiâ nullâ
 à Lanoio, ut convenerat, missæ suppetiæ, quod Itali Principes, Cæsari ex fede-
 re additi, sublato Pontifice timidè paræque opem sufficerent. XLV

Inter tam dubiæ suspensæque felicitatis auspicia, illud magis etiam Cæsaria-
 norum animos consiliaque turbavit, quod Rex Franciscus egregius periculo-
 rum, quæ domi imminerent, contemptor, magnis se copiis, audaci proposito
 in Italiam transfunderet, eâ deliberati animi destinatione ac dissimulatione,
 ut militem Ducesque, consiliorum ignaros, promptâ festinatione secum magis
 raperet, quam duceret: tanta spe rei benè gerendæ prædæque ac gloriæ expe-
 ctatione suos impleverat. Tam insperatum Regis facinus neque Piscario cete-
 risque Cæsaris Ducibus prævisum, omnium animos atque arma ad Italiæ defen-
 sionem à Marsilia convertit: ne Insubriam prædiis nudam feroci ac non feriatu-
 ro hosti relinqueret. Quocirca non intermisso trium ac viginti diem itinere per
 abrupta deviaque locorum Papiam eo tempore pervenerunt, quo Franciscus per
 Alpes Peninas Turinamque ingressus, haud procul Mediolano, ad Ticinum
 flumen constitit. Vbi occupatis ille, quos in navibus reperit Hispanorum tor-
 mentis, facialem ad urbem destinat, qui se dedentibus pacem, recusantibus
 arma offerret. Simul equitum turmam cum Mediolanensium transfugis ad
 portarum aditum invadendum submittit. Franciscus Sphortia, ubi destitu-
 tam urbem milite vim Gallorum minimè diu laturam videret, fugâ præsentem se
 se periculo subduxit, nec multò post Lanoius cum Piscario nonnullisque copiis
 ingressi, postquam exigua vastæ urbis & à militari annona & ab incolis præsi-
 dia comperissent, jamque admœnia Galli maximum admovissent exercitum
 N
 urbe

*Multis de
 causis ex
 pugnatio
 Marsilia
 non pro-
 cedit*

*Francis-
 cus Gal.
 Rex in-
 gentes in
 Italiam
 copias du-
 cit, sta-
 timque
 Mediola-
 num oc-
 cupat.*

AnCh urbe excessere, nihilque ad salutem civibus deditio certius, praesidiariis fugatius visum est. Quare eodem, quo Franciscus tempore, porta Vercellina exceptus est, imperatorius miles Romanam abiit, tanta omnium trepidatione, ut neglectis armis, ordine, Ducibus, nec consilia, nec imperium admitterent, totiesque victores fortissimorum hostium, nunc sine hoste propemodum vincerentur. Certè hæc Regis Francisci incuria, quæ recenti felicitate ebrius, hostem timidè sparsimque vagantem neglexit opprimere, magnam benè auspiciatæ victoriæ partem corrumpit. Vrbi, victoris clementiæ, deditio innoxia fuit, nec sanè magnæ hæc cladi opportuna erat, ita sævissimus pestilentiae furor æstate proximam grassatus, quinquaginta millium funeribus omnia deformaverat, ut miserationem hostium magis, quam indignationem mereri videretur. Rex ante illam cum castris substitit, tanquam dignus videri nollet, quem Metropolis acciperet, cum cetera regni membra nondum ad obsequium inflexisset.

XLVI

*Caesariani
interea
Papiam
necessario
praesidio
muniunt,
quam sa-
men Fran-
ciscus ob-
sides.*

Piscarius ubi spe Mediolani defendendi excidisset, ad Papiam (olim Ticinum) omni curâ studioque muniendam conversus est. Hanc Antonio Leva, experti roboris constantiæque viro, cum Hispanis quingentis & quinque Germanorum millibus, propugnandam tradidit, summisque periculis remedium, opemque à se promisit. Interritus ad hæc Franciscus ubi plurimum valere hostem sensit, istuc vires omnes impensurus, obsidione Papiam sub Novembris principia cinxit. Piscarius reliquum militem Laudi Pompeæ colligebat, ad hostium conatus observandos, atque opportune nonnunquam infringendos, quod, neque ipse, neque ex urbe Leva negligenter praestitere. Hæc inter, cum ex Angliâ Hispaniaque auxiliariæ nullæ copiæ subvenirent, in Germaniam ad Austriacos magnam celeritate Borbonius se contulit, ut Ferdinandum Caesaris fratrem ad subsidiorum gratiam inlesteret. Lanzius ex confederatione Italica spem opemque rebus inclinatis expectabat.

XLVII

*Pontifex
cum Ve-
netis me-
tu Gallo-
rum, à
Caesaria
nis se sub-
arabunt,
neutri
partium
adhærent.*

Sed jam Pontificis, Venetorum, ceterorumque Principum animi ad fortunæ motum fluctuantes, à Caesare ad Gallum spectare cœperunt, incertum metu, an spe, an utroque? Metuere quidem & Regem & Caesarem videbantur; illum ingentibus modo animis viribusque inter secundos rerum cursus subnixum; hunc affectatæ Insubriæ suspicionibus gravatum, ut eluso denique Sphortia rerum per Italiam potiretur. Nec argumentum timoris deerat. Cum & Maximilianus olim Carolo Mediolani Principatum destinasset, & frequentibus legationibus, totiusque propemodum Italiae querelis efflagitatum possessionis diploma, nondum Sphortia à Caesare obtinisset. Metum auxerat indignatione permittum suscepta nuper in Gallos à Caesare expeditio, quæ necessitatis omnino nihil, temeritatis ambitionisque habere plurimum existimabatur. Quæ enim ratio tam exiguo milite Galliam petendi illis, qui, nisi immensam omnibus imperandi cupiditate tenerentur, parti acquiescerent, & ante incertam belli aleam, certam pacis possessionem haberent?

XLVIII
*Itali di-
vini*

Spemigitur majoris tranquillitatis divisa inter Gallos, Hispanosque Italiae

termini

termini nonnullis fecerant : alios Neapolim, Mediolanum alios obtinere malebant: quasi nondum, tot ætatum experientia docti scirent, alterutram ab Italia gentem arcendam esse, ut quiete integrâ fruerebantur. Nimirum perniciofa semper Italis illa studiorum in hanc alteramve nationem, pro temporum factionumque diversitate, inclinatio comperta est: qui si uni constanter, aut nocere, aut favere pergerent, bello frequenter carerent. Hæc, quamvis nonnulli sagaciores non ignorarent, scire tamen nolebant, tum ne potentioribus inter suos facultatem, per externæ gentis otium, sese opprimendi facerent; tum ne, unius peregrinæ nationis auctâ per Italiam potentiâ, in antiquam tyrannidem reciderent: quâ nihil acerbius formidare poterant illi, qui tot retrò seculis, aut libertatem domi, aut foris etiam imperia possederant. Nullum iccirco in Italia Regem esse cupiebant, qui non majorem se Regem, aut æqualem metueret, quorum vim potius ipsi spectarent, quam paterentur, victorias ita subministratis auxilijs moderarentur, ut alter alterum magis premeret, quam opprimeret. Ita sibi minus putabant metuendum, si alij in Italia essent sibi mutuò timendi. Plebi etiam Cæsareus Gallusve miles remedium avertendæ servitutis non rarò visus est; cum sub procerum suorum tyrannide gemeret, & dominorum odio servitutem, si non excuteret, saltè cum dominis (quæ est aliqua oppressorum voluptas) mutaret.

Sed eo res Italiæ loco erant, tanta utrorumque Regum ambitio, ut neuter alterum secum regnantem toleraturus esset. Vix Mediolano potiebatur Franciscus, exclusus etiamnum Papiâ, ceterisque Insubriæ partibus; cum jam regnum Neapolitanum consilijs armisque peteret. Egerat jam eviceratque apud Pontificem Venetosque, ut medijs utrorumque, ac velut fortunæ bellorumque arbitri consisterent; neque opis quicquam ab illis, neque offensionis, aut Cæsari, aut sibi accederet. Sed ubi Rex per Romanam ditionem aditum suis ad Neapolitanum regnum postulasset, anceps rursus consilij Pontifex, suâque expectatione frustratus, animadvertit Francisci quoque cupiditatem Insubriæ terminis includi non posse. Jam se eò propemodum necessitatis recidisse viderat; ut dum neque Cæsarem, neque Regem cuperet lacerare, in alterutrum, aut etiam utrumque offenderet. Cæsar se desertum esse, hostili propemodum indignatione, acceperat: Franciscus hanc repulsam armis etiam vindicaturus credebatur: quidquid ageret, intra Romani agri fines exercitus, forsân & bellum admittendum erat. Urgebat pro Cæsare ratio, quâ nuper Apostolica sedis beneficio, ac voluntate Leonis Pontificis, Rex Neapolis dictus fuerat, contra quam Franciscum dissimulatione suâ atque etiam indulgentiâ adjutum, quicquam moliri indignum videbatur.

Operam proindè dedit Pontifex, ut Regem ab hac mente averteret: ostendens, quantum periculi hæc expeditio habitura esset, incertâ etiamnum apud Insubres belli alæâ. Rem difficultatis atque etiam discriminis plenam esse, in Cisalpina simul Gallia, extremisque Italiæ oris armorum fortunam experiri: non temerè dissipandas unius exercitus vires, in quem propediem, auctis ex Germania hostes copijs, vim suam ret, idque Cæsari indicat.

1525.
Gallos
Hispanos
que imperium habere in Italia,
quàm alterâ plene
isti gentem dominari
mulent,
servitutis sibi ab
alterutra
imminere
in metu.

XLIIX.
Franciscus nondum Insubriâ potitus,
Neapolim cogitavit, postulatam per Pontificem ditionem transmitti.

L.
Pontifex frustra Regem ab hoc consilio avertit.

An. Chr experturi essent. Insubria primùm integrâ possessione potiretur, ope se etiam studioque omni illud enixè acturum, ut hæc illi salva perpetuaque maneat. Simul per literas Cæsari indicat, non permissurum se, ut Galli ad regnum Neapolitanum aditum repellant. Hoc pacto spes Regum Pontifex morari atque alere, amicitia erga omnes ostentatione, cupiebat; dum ab implicata consiliorum ratione illum, aut inclinata belli fortuna, aut pacis agitata persuasio expediret: quam se, ijs utrimque legibus, impetraturum conceperat; ut Cæsar Neapolitanis, Rex Insubribus imperaret: Franciscus verò Sphortia, in Cardinalium adscitus collegium, viginti aureorum millia ex ducatu quot annis haberet.

LI
Miles
Gallicus
Neapolim
improvisò
penetra-
tra. Pon-
tifi. e pa-
cis eas le-
ges ne-
quicquã
suggeren-
te, quibus
Gallos
Mediola-
num retinere
queat.

Sed cum Rex, non expectato Pontificis responso, Joannem Stuardum Albanicæ, ex sanguine Scotorum, Ducem, cum expedito milite Romam Neapolimque iter accelerare iussisset; Paulum Victorium ad Proregem Lanoium Pontifex ablegat, monetque, hostem, sese inconsulto, frustra que sine viribus oblectaturo, Neapolim per suas ditiones iter capere, novamque sibi imponere necessitatem, per honestas cum Rege pactiones suorum indemnitati consulendi, in quibus tamen nihil Cæsari noxium admissurus sit. Suadere tamen, ut ab armis tantisper ita dubium belli negotium ad inducias transferant, pace fortassis remedium denique malis facturi. Id, modò ipsi non detrectent, spem esse abs Rege imperandi, si Mediolanense imperium alteri filiorum Regis permitteretur, certâ pecuniæ vi, ejus facti gratiâ, ad Cæsarem redeunte. Et quidem plerisque Cæsarianis ducibus non iniqua hæc Clementis postulata visa sunt. Sed Piscarius atque etiam Prorex contendebant, arma sibi adversus Insubria in vafores à Cæsare commissa esse, quæ, dum vita viresque sinant, in ejus defensione posituri nunquam sint: aliter Pontificem tranquillitati publicæ debuisse servire, quam ut infestam Italiæ gentem suis finibus acciperet.

LII
Cæsaris
in Ponti-
ficem
gravis
indigna-
tio.

Cæsar etiam ubi societatis cum Rege, occultè quidem antè contractæ, sed tum primùm vulgatæ literas à Corso Oratore accepisset, animi indignantis offensio- nem tantò acerbius prodidit, quantò *acriora sunt odia amicorum, quam hostium, obliterata benevolentia injurijs provocata.* Ego, inquit Cæsar, non ambitione, non aliâ cupiditate inflammatus, sed Iulij quondam Medicei (nunc Pontificis) apud Leonem omnia moderantis, consilio impulsuque hoc bellum suscepi, quo amotis ab Insubria Gallis, Italia univèrse quietem defenderem. Unus ipse id temporis quàm vehementissimè rationibus contendebat, multum ad publicam Italia salutem allaturum presidij, qui inquietam Gallorum gentem trans Alpes amoverit. Unus ipse maximus, & autor, & promotor federis, quo Hadrianum imperio obligavimus. Eò certè molestior accidit, perniciofa illa sententia inconstantia, quâ tam lubricâ inflexione, in adversam partem delabitur, ac damnatam jam pridem opinionem amplectitur. Quæ ratio, ab amicissimo sibi homine, tam levè rerum momento deficere, nisi omnis illi benevolentia nostrâ vilis sit? An ignorat, quantum in electione nuper pro illo amicationis mihi susceptum, quos amicos, quos adversarios expertus sit? Quæ verò necessitas, nisi ab inutili metu inflata? Adeone propere & Cæsaris gratia, & Gallorum odia obliterata sunt? Nondum animadvertit, quantum Francisci victoria spei intercipiat, timorisque non modò Pontifici, sed Italica libertati conciliet? Sed non sum

is, quem tam iniqua atque inexpectata decreta terreant, cæptis obfirmatè contra vim omnem machinasque adversariorum insistant, neque regnorum ceterorum discrimine, neque vite ipsius periculis retardatus. Ad quæ Orator Pontificius ea reposuit, quibus ostenderet: Pontificem, ubi privatam personam unà cum Iulij nomine deposuisset, ibi & privatus, Casarique olim addictas animi affectiones reliquisse, ne ad communem Christiana reip. curam partium adferret studia, tranquillitatis arbiter impulsorque constitutus. Si olim bella suaserit; jam divisus in gentes amoribus, pacis suppeditasse consilia: atque etiam temeritatem illam Ducum imperialium damnasse, quæ Galliam nuper periculose adire, quam tutò Italiam defendere maluerint. Vitio neglectæque fidei nemini dandum, si in discrimine securitatem, etiam apud hostes querat: hanc tamen nonnisi coactum accepisse Pontificem: ut cum Gallos finibus non posset, damnatum arceret. Sed & scriptis literis Casari grati animi, officiorumque neglecta erga Clementem memoria exprobrata est: ostensumque, quàm iniquè Alphonsi Ferrariæ Duci Regij Lepidi Ruberiæque, per interregnum Pontificium, invasori Lanoius faverit, atque etiam per contumeliam adijciendam illi, tanquam in præmium factorum, Mutinam, distitit. Eò verò odiorum Casariani in Clementem proveci erant, ut protervè, velut spuria electione constitutum, Pontificiâ sede, universalis Concilij autoritate, eliminandum minitarentur.

Inter hæc Veneti, pari cum Pontifice obligati Gallis federe, tanquam spectatores fabulæ aderant, in eventum intenti, quo sua consilia moderarentur. Quos quidem si audisset Pontifex: armatus, majori apud Regem utrumque autoritate, & sua tueri, & partium medius, illi, qui iniquius pacis, justive belli rationes detrectasset, armorum cum hoste jungendorum terrorem intentare poterat. Idem se Veneti facturos receperant, modò socium adiutoremque consiliorum haberent. Sed ne rem laudis securitatisque plenam expediret Pontifex, magnoperè & ærarij tenuitas, & ingenij minimè profusi tenacitas deterrebant hominem, cunctatione prætereagaudentem, atque ex alienis rerum successibus rationum suarum momenta ponderantem. Dignæ quidem illæ artes moderato Pontifice; sed ad parandam Italiæ tranquillitatem parùm opportunæ.

Hæc tamen Clementis ad Gallorum conatus dissimulatio, & inexpectata magnanimi Regis audacia, quæ ad utriusque imperij possessionem uno Marte contenderet, anxios perplexosque Casaris Duces tenuit, Insubriam, an Siciliam defenderent? ad tuendam illam, divisò licet Gallorum exercitu, vires etiamnum manebant impares: ad hanc si abirent, metuendum, ne brevi post se victores toto exercitu traherent, & Neapolitani antiquis adhuc Gallorum studijs occupati, facilè impetum belli fortunæque sequerentur. Lanoio Proregi Neapolis defendendæ injecta cura est; ne Galli jam velut de Insubria triumphantes, ubi ad regnum, ducibus præsidijque destitutum, venirent, apertis urbibus ab ambigui favoris populo admitterentur. At Piscarius, qui ad infracti animi robur militaris disciplinæ calliditatem adjunxerat, longè diversa sentiebat. Ignominia plenum esse, ita neque armis, neque alia necessitate impulsos parvo recens imperio discedere, hostiumque spem, atque amicorum desperationem augere. Nondum experimen-

LIII.

Pontifex
inter ar-
matus,
neglectis
proprijs
armis, in-
defensus.

LIV.

Casaris
Duces
anxij, an
ad regni
Neapoli-
tanū de-
fendendū
sequerentur;
tandem con-
sulid sub-
sistunt, ne
utrumque
simul a-
mitterent.

An. Cht. tum fortuna in Insubria à virtute adversariorum desumptum : incrementam hactenus eorum esse victoriam : interceptisse Medolanum sine amulo ac sanguine : eandem nunc viam ad cetera habituros , si artes succederent , quibus amoturos sese Insubriam adversarios sperent. Non usque aded, aut Neapolimendum, aut fidendum Papiam ; ut illa, subductis presidis, munienda , hæc deserenda videatur. Inane stratagematis Gallici terriculamentum esse , quo sortes circumspèctique Duces moveri non debeant. In detrimentum hostium hæc brevi consilia detorqueri cautiore arte posse ; modò in rebus dubijs non dubie virtutis animum gerant. Sex in castris Germanorum peditum millia censei , robur exercitus : majora etiam presidia haud multò post eum Borbonio adfutura. Hæc in unum corpus esse colligenda, ac de summa rei cum Francisco decernendum, cujus vires distracta pronam Casari spondeant victoriam. Quam semel impetratam Neapolitanos extra periculum stare : qui etiam victi, ejectis de Insubria Gallis, facile ad obsequium reducendi : amissis vero Insubribus, ne victores quidem in officio retinendi sint. Valuit ea Piscarij sententia ad persuasione. Neapolistudentæ curam Honoratus Caietanus, & Ascanius Columna accepere.

LV.
Regis Angliæ & Germanorū, duce Borbonio, eorum Casari augetur.

An. 1524.

LVI
Antonius Leva fortissimè Papiam contra Franciscum tuetur. Urbis & castrorū situs.

Circum dogens.

Pacis & induciarum repudiata consilia, omnis utriusque partis cogitatio, atque industria ad vires exercituum augendas conversa. Rex Angliæ missis ad imperatorios supplicis robur illorum auxit, Borbonius etiam, officiorum suorum impiger, cum quindecim facillè Germanorum millibus, mediâ hyeme, mense Januario, Alpium juga nivibus glacieque impedita penetravit, atque eodem abiens rediensque vestigio, Franciscum ante Papiam reperit, injurijs ac Germanorum virtuti nequicquam obluantem. Jam tum primum fortunæ principio ardentis favorem, in suspensionem inconstantia traxit, & formidare magis bellum quam hostem cœpit.

Enimverò castra parum felici successu Papiæ jam in tertium mensem admovebat, frustra hyemis asperitatem laboresque obsidionis tulerat, Antonio Levam ad omnem ictum fraudemque intercipiendam intento. Sphortia diligentia, extra pecuniam, ceterarum rerum in urbe penuria opportunè levata est. Aeris etiam inopiam liberalitas atque industria Ducum utcumque minuit ; cum vasa suppellexque argentea in monetam usumque militum recusa, hoc titulo vulgaretur : *Casariani Papiæ obsessi MDXXIV*. Urbs ipsa non tam loci ingenio, quam invicta Germanorum virtute, quæ etiam post murorum ruinam muro erat firmior, contra vim Gallorum durabat. Planitiem illa nonnihil declivem occupat, quam Ticinus fluvius ex Alpibus per Lacum Verbanum fusus perluit, & amoenissimam hortorum fertilitate beat. Distributum juxta urbem, in geminos aquarum alveos, flumen, insula speciem effecerat, quam ex lapide elegantis duraturique operis pons muris adungebat. Hanc cum parte exercitus ad meridiem sitam obtinebat Mommarantius. Ex opposito Circus erat fedecim passuum complexus millia, cum agris omni fructuum varietate exultis, tum frequentibus ad ferarum custodiam silvis distinctus. Hic Occidentem versus ad Aedem Salvatoris castra Franciscus muris vicina metabatur. Orienti indè Palicia alter Gallorum Dux cum reliquijs copiarum accesserat. Primam vim

ter-

terroremque ad desperationem obsessorum valiturum Rex existimaverat. Quo-
 circa robur omne virorum machinarumque admovit, nec conatu irritum: cum
 fatiscantibus longè murorum ruinis pleno agmine succederent Galli, non mi-
 nori inelamantium horrendè militum, quàm armorum strepitu. Leva, qui ma-
 jorem in virtute propugnantium, quàm urbis munitione fiduciam collocave-
 rat, nil contrà trepidè, nil segniter aggrediebatur: aciem suorum pro muro
 objecerat, quorum animis sola Germanici nominis gloriaque injecta recorda-
 tio, ad constantiam sufficiebat. Acris hinc cruentaque, adversus & pro mœnibus
 stantium, decertatio; quam funesto spectaculo extractam, hiatus denique Gallo-
 rum cadaveribus oppletus ita diremit; ut Germanos hominum, Gallos tantum
 lapidum stragem edidisse diceres. Per hæc deindè ad urbem incedere immane
 nimium Francisco visum est. Igitur arte magis ac tempore premendam ratus, a-
 liò ingenium viresque convertit. Pontis usum resciderat Leva Mommerantio,
 ut hæc aditum sperare desinerent. Ergo ad totum ab urbe flumen avertendum
 succincti Galli: illo capite, quo per divortium in bina velut brachia Ticinus
 solvitur, ingens terræ moles alteri ostiorum fluminis objicitur; ut intra remo-
 tioris alvei ripas coactus denique Ticinus, urbem aquarum præsidio nudaret.
 Neque vanus Gallorum labor jam fluvium per objectos aggeres constrinxer-
 rat: cum cœlum felici obsessos tempestate propugnavit, solutisque profusè
 imbribus, tantà undarum colluvie Ticinum auxit, ut hic repagulis terrarum
 laxatis operam ingeniumque Gallorum facillè eluserit: adeò pro Cæsare, non
 homines modò, sed & elementa pugnabant. Attamen hac ope dejecti hostes
 nondum animos consiliaque à proposito inflectebant; sed contra fluctuum con-
 tumaciam obnisi, majori sibi opere victoriam spondebant, nisi jam periculorum
 ex observatione cautior Antonius Leva; murum vallo fossâque ingenti urbem
 inter Ticinumque egestâ munisset, ac spem industriamque adversariorum no-
 vis objectam difficultatibus fatigasset.

1514.
Oppu-
gnatio &
repulsa
cruenta.

Flumen
ab urbe
avertum
& reditum.

Accedebat ad hanc obsidionis tarditatem, cœpta hominibus Divisique oblu-
 tantibus Neapolitana expeditio, quam Regis auspicijs Dux Albania molieba-
 tur. Hic præter equites sexcentos, decem peditum millia secum trahebat, jam-
 que regno infusus, vi astuque incolarum in Hispanos fidem exploraturus erat.
 Et certè res ex voto acta, debellatumque istuc non magno negotio fuisset, nisi
 eodem penè tempore, quo Franciscus Casarianorum vim ad Papiam experie-
 batur, alia de cœlo pestilentia tempestas adeò hic in Gallos atrociter grassata
 fuisset; ut neque socijs, qui vincerent, neque hostibus, qui vincerentur, relictis ef-
 sent. Nec multò hæc levior clades illa, quamvis sine funere, censeri potuit,
 quia Rhætorum populi Gallicis stipendijs adducti, domesticis suorum periculis
 revocati sunt, astu industriâque Jacobi Medicei. Hic ex illustri Mediceorum,
 qui in suburbium incolebant, familia, cum ancipitis fidei suspitione apud Sphor-
 tiam laboraret, illam inaudito fortuna casu promeritam, rarissimo quoque e-
 xemplo statuit avertendam.

LVII.
Expedi-
tio Nea-
politana
infelix.

LVIII.
Jacobi
Medicei

Rem posterorum dignam memoriâ repetitis paulò altiùs principijs lubet
 facinus, ingenti & stratagemâ, quo Rhæti à Gallorum castris abducti sunt,

COM-

An. Chr. commemorare. Astorem Vicecomitem populari Mediolanensium favore ad Sphortia metum usque, & summam Hieronymi Moroni (qui in aula Ducis omnia moderabatur) invidiâ subnixum, mediâ urbē ac luce, tanquam perniciosum Reip. civem Jacobus trucidaverat, & Mussiana illi ad Lacum Larium præfectura in præmium audaciæ, Moroni sponcione, promissâ erat. Sed cum autor ut credebatur Sphortia, ac perpetrator tanti facinoris Mediceus extremâ apud populum infamiâ odijque conflagrarent; Dux ipse Sphortia extra necis intentatæ periculum vix consistere poterat, nullis ignorantia voluntatisque à cæde alienæ, excusationibus apud cives satis defensus. Ut proinde (Moroni vaferri mi hominis persuasione) percussorem Astoris Mediceum, per honoris delati speciem, popularibus odij immolare statueret. Quocirca literis instructum tanquam ad præfecturam Mussij capessendam ablegat. Sed Jacobum omnium fraudum disciplinâ solerter imbutum, hoc consilium non fefellit; cum ignoraret minimè eam cruentorum plerumque facinorum gratiam esse, quæ flagitio parta, flagitio compensetur. Principum scelera non raro subditorum poenis castigari, ut suam innocentiam alieno sanguine contestentur; & cum virtute non possint, novo crimine suspicionem criminis amoliantur. Setâ igitur equinâ solutis à cera literis, ubi parum vano timore se ad eadem Præfecto arcis tradi comperisset: novam alio argumento epistolam concipit, quam eadem consignatam cerâ Præfecto obtulit; adeoque præclare fraudem ultus fraus est; ut illo cedente locum arcemque occupaverit. Non multo post Gaufferius magnis in Italiam copijs per Alpēs illapsus, & denique Franciscus ipse, anxium licet fluctuantemque Mediceum, ut sibi certiori spe salutis adhæresceret, frustra persuadere sunt conati; quod amissâ fidei damnum infra vitæ periculum non aestimaret, malletque cum discrimine fidelis, quam cum securitate perfidus haberi. Spem tamen magnam hoc ultimo præsertim bello Gallis, Rhatisque Gallorum confederatis fecerat; sed vafre illorum, cum promissâ expectarent, conatibus delusis, fraudem pro virtute habuit; ut cum fidem hosti falleret, suis probaret. Nunc etiam cum res Insubrium lubricæ ac præcipiti fortunâ niterentur, in omnem opportunitatem vigilabat; ut egregio facinore, veterem apud populares ignominiam, ac Sphortia indignationem detergeret. Neque occasio volenti defuit. Erat in Rhatum finibus Clavenna oppidum Alpium radicibus, in reducta valle, accumbens, geminâ ex proximis rupibus arce defensum: quarum altera supra vim omnem repentinam collocata, adiri, nisi angusto per rupes inciso aditu, non poterat; altera oppido arcisque, humiliori loco, interjecta, ultrò citroque commeantium viam interceptabat, ceterum habitatore vacua, ac suis propemodum ruinis sepulta. Huc Mediceus Riccium animosum juvenem, e jusque loci accolam, cum novendecim socijs destinavit, qui experirentur casu aliquo, an virtute suâ hostibus arcem solius præfecti custodiâ defensam extorquere possint; se, ubi fortuna audaciænaverit, cum milite subsidario adfuturum, quo oppidum cogat. Nihil actum à Riccio meticolosè, aut segniter: noctu adfuit, Meramque, arci vicinum amnem, penè glacie rigentem vado cum socijs transgressus,

Clavenna Mediceas assu intercepit, Rhatum ad defendendam patriam revocavit.

gressus, inter desertæ arcis rudera reliquum noctis, agrè madidum corpus contra frigoris injuriam tuitus, substitit; dum exacto diluculo, Præfectus arcis, ex solemnibus diei, qui aderat, consuetudine, oppidum, filio ac paucis satellitibus stipatus, peteret. Hunc ubi transeuntem per insidias occupassent, ferro per filii etiam corpus adigendo ad deditioem arcis coegerunt, tanto rei patrata silentio, ut quadraginta facillè ex urbe, qui Præfecti absentiam morbo improvise imputarent, alii post alios affluerent, omnes captivitate intra arcem cum Præfecto collecti. Hoc viginti hominum facinus erat, quod cum diu in urbe latere non posset, vis ab incolis accolisque arcis parata est; sed admonitus Mediceus temporè adfuit, quem, numero licet oppidanorum viribus imparem, consuetis ingenii artibus fidentem nihil deterruit, expedito agmine noctu urbem aggressus, turmis locisque diversis, ad magni exercitus simulationem tympana increpuit. Valuit ad terrorem apud fraudis ignaros fallacia, pars improvise metu dejecta omne ab armis ad fugam consilium transtulit; paucis audacia & præfens in discrimine animus ad resistendum suffecit, facilis erat contra obnites, atque in varias sententias viaeque distractos victoria, quanquam Mediceo non omnino incruenta, sed ille licet plumbeâ glante debilitatus, nihil ex animi vigore remisit, dum oppido atque utraq; potitus arce, in vacua prope modum civibus urbe dominaretur. Latus his successibus Sphortia cum majoribus copiis Archianum submittit: ne Rhati, gens pugnacissima, animis viribusque ad sui defensionem collectis, hostium imbecille præsidium urbe exturbarent. Sed Archianus, Medicei consilio, ad proximos vallis Telinae incolas conversus omnia latè belli tumultibus implebat. Ut Theganus, Rhatorum Gallico ære militantium imperator, literis periculisque suorum revocatus, Rege nequicquam stomachante, precibusque promissa ingentia cumulante, ad patriæ defensionem abscedere sit coactus: quanquam corruptæ largitionibus fidei, objectæque avaritiæ infamiam non evitarit, singulari etiam certamine à Lescuto, fortissimo Gallorum Duce, ad diluendum sanguine crimen sit provocatus.*

Hac defectione, concussis reliquorum animis, à metu & torpore ad spem, novam fiduciamque Sphortia erectus pugnandi cogitationes instauravit. Lanioium reliquosque duces Moronus incitabat, quia belli aleam tentare placuit, exploranda jam militum quoque voluntas erat, qui stipendia nuper flagitarant, per inopiam obtreperi, & ad tumultum proni. Piscarius igitur gloriæ desiderio maxime flagrans, undique copias contrahit, & conficiendi belli occasionem commendans magnis promissis variâque oratione omnium animos implens, obnoxios sibi reddit & ad pugnam capessendam animat. * Ne recusarent fortes esse, aut summam bello manum imponere. Se virtute eorum fretum, quâ pluris semper gloriam, quam pecuniam fecissent, nunc, cum maxime stipendia numeranda essent, ad discrimina adhortari. Sed Casarem esse, qui deberet: eius nemini unquam militiam fraudi fuisse: brevem dilationem aris liberalitate pensatum iri. Adjungebat certissimis se nunciis admonitum, ingentem pecunia vim ex Hispania jam transcriptam esse:

* Ericius
Purcanus
in hist.
Medicea
his verbis
dissent.

LIX

Rhatorum
discesserunt
ad pugnam
Caesarem ad
castra
Gallorum
expugnanda
animantur.

An Chr. esse: ne ambigerent potentiam maximi Imperatoris etiam fide vinci: ut bella sunt, impedimenta quoque obicium, in angustiis autem rerum amplius esse, moram ferre, quam stipendium meruisse. Hac se illis dicere, quos sciret fama desiderio duci. Sed si fructum militum spectarent, suavius post victoriam esse fore. Notum, & infelicitate sua contemptum exhibuisse hostem: superari & fugari posse, nuper virtute ipsorum victum atque Italiam expulsam. Ipsum quidem iam adesse Regem post tot clades, non presidium virium, si fortes essent; sed augmentum praeda, si victores. Circa muros unius urbis desidere, lente agere, & videri imaginem induisse; exhaustum robore exercitum, abiisse Rhetos, cum reliquis tantum copiarum rem fore; & has obsidionis tadio potius, quam otio elanguisse. Nihil se de ingenio hostium dicere, omnem in primo impetu vim esse: sustinerent, facilem successum fore. Ut flamma quaedam est palea, aut stupra plus lucis, quam ignis habent: sic terrorem omnem esse, ostentari magis, quam inferri, effundi iram ut deficiat, quemadmodum & animalia quaedam amisso aculeo torpent: mox in pavorem minas commutari. Itaque animos sumerent Casaremque cogitarent: pro tanto nomine fortunam fore.* Facilis ardor Hispanos corripuit: & horum exemplum Germani secuti pollicentur operam, generosum rati, trimestri obsidione obsessis opem popularibus ferre. Sed amplius quoque fata destinarent: precipitare Gallorum vota, & prostrato atque exciso exercitu regio, novis dissidiis armisque Italiam distringere. Ut fallax fortunae vultus est, repentinam rebus mutationem una dies, unumque praelium attulit, cum magna pecuniae inopia duces Caesarianos premeret, & non pugnare quoque clades esset. Egestatem seditio sequitur, & hac corrumpere spem relictam poterat. Sic verò Piscarius, quae in promptu non erant stipendia, rapere statuit, & quicquid miles flagitaret, hosti extorquere. Universum exercitum in duo equitum, quatuor peditum agmina distinxerat. Primum ex Hispanis, Germanis, Italicisque; Secundum est solis Hispanis; tertium quartumque est Germanis conflatum erat.* Ipse enim Piscarius licet sine imperio penes esset, postquam Alphonsum Vastium patruelem, loco suo, peditatus constituisset ducem.

hucusq;
Puteanus.

LX
Piscarius
admirabilis
iudicium,
prudens,
ac memoria
Dicitur.

Quae arte
militum
placatis,
& constantibus
in
agilis.

Tamen unus militum Ducumque arbitria, admirabili iudicio prudentiaque ita moderabatur: ut ipsius consilium nutumque spectarent universa: incredibilem memoriâ, plerorumque, etiam gregariorum nomina, officia, virtutisque, ac rerum fortiter gestarum argumenta ita complexus fuerat; ut enarrare singula, & pro cuiusque indole ac facultate laudem impertiri, muneraque imperare nosset. Ita duobus ad Gallorum castra transfugis militibus, qui poenae ex delicto imminentis subterfugiendae gratiam, fidem militiamque Caesaris deserant, rufus denique est, facta sceleris veniam, ad obsessas in urbe cohortes pecuniarum indigentiae utique sublevandas; cum revocatos, magnaque vi auri inter vestium sinus oneratos, ad hostium castra remiserit; ut hinc ad urbem sese opportunè transferrent. Quod inter mutuas velitationes insigni illorum fide, & obsessorum solatio perpetratum est. Temerarium id videri poterat, nisi Piscarius, egregius animorum explorator, à perfidis etiam fidelitatem expectare potuisset. Pari arte, ingenioque nascenti per castra ex inopia seditioni oc-

curat.

currebat; dum cautè alios largitionibus; alios promissionibus ad spem magnam voluntatemque pugnandi erigeret. Ingens ad victoriam momentum Francisco hac Piscarii diligentia ereptum est, quem, missis etiam legationibus, ab omni pugnae consilio avocare Pontifex moliebatur; quod Caesarianum militem stipendia importunè flagitantem, diu inopiam sine rebellionem toleraturam non existimaret. Sed Rex confirmato, ut poterat, suorum numero ac robore ex Heluetiorum Italorumque subsidiis: cum nec quicquam hostibus de virtutis laudisque emulatione concedendum putaret, extremum fortunae periculum pro Insubriae possessione non recusabat, nec Mediolani quidem, cui Tramulum praefecerat, oppugnationem Caesarianis impunem facturum. At illi cogitationem omnem ad pugnam transulerant: ex qua certam illis victoriae spem raro falsus augur Piscarius fecerat, qui ad immensum praelii ardorem tantam animi alacritatem adferebat, ut jam ante victoriam vicisse cum crederes.

Nihil tamen, praeproperè festinatione, temere peccabat. Quin auctor fuit ut S. Angeli castrum opulentam annonae merciumque instructum copia Pyrrho Gonzagae, Gallicarum partium defensori relictum expugnaretur; ne quem à tergo hostem, ad comitatum frumentationemque interceptam, vigilatum desererent. Huc munitis opportune castris ipse cum delecto milite, Vastioque, quem ad difficillima quaeque adhibebat socium, progreditur. Noctis beneficio propositum hostes latuit, dum adhibitis ad auroram tormentis turris muro incumbens ingenti hiatu, mox invasuro militi, discederet. Piscarius audaci ac propemodum temerario facinore cum Praefecto sclopetariorum primus sese per ruinas in murum oppidumque coniecit, hunc tanto certatim irruentium impetu milites consecuti sunt; ut ceterorum Ducum obliti, Vastium armorum pondere faucibus immersum incumbentium tumultuarie numerus penè oppresserit. Pyrrhianorum virtus impar, repente metu armisque consternata, aut in fuga, aut caede disiecta fuit. Dux ipse arcis praesidio receptus, cum vim expectare nollit, maturam deditioem incolumitatem suam pactus est. Arx militi in praedam relicta cessit. Mille aureis in Pyrrhi oculis repertis Casadae murum occupantis virtutem dux est muneratu. Ex septingentis facile equis, Ibericum longè praestantissimum Vastius, Saballam nomine, abstulit, quo in vario praeliorum discrimine feliciter deinde est usus. Piscario hic atque alibi sola ad gloriam praclare factorum fama sufficere visa est. Cum moriens, tot urbium hostiumque triumphator, paternam apud Neapolitanos hereditatem, aere alieno non mediocriter gravatam Vastio patrueli reliquerit. Vbi castra dux victor milesque repetisset, exercitus Caesaris per turmas ordinesque velut in aciem distributus castris propius admoveretur. In quos Joannes Medices Gallicae militiae Achilles, permixta equitum peditumque ala, investus, vim tantam armorum intulit; ut Germani decretoriae pugnae certandum rati, veteris militiae consuetudine, collectum manum pulverem spargerent, caputque ac vitam pro Caesare devoverent. Sed Rex, suis in castra receptis, Caesarianis locum Circo (Parcum Itali dicunt) vicinum ad ignobilem Pratae vicum cessit, quem sex

Ducis
alacritas
& imper.
corruca
fortitudine

LXI

Castrum
S. Angeli
ipsum, &
Vasti Dux
cis virtute
re expulso
natione.

Liberalis
in militie,
& proprii
etiam a-
ris profus
sua Pesca-
ria.

An. Chr. stadiorum intervallo, vix à Gallorum munitionibus distitum, hostilia etiam tormenta infestabant.

LXII.
Franciscus ob
castrorum
propugnacula
et cōmo
da praeliū
subversu
giturus
videba
tur.

Piscarius
in ipsa
fortuito
castra,
penetrat.

LXIII.
Franciscus
seu cum
pluribus
Gallorū
pugna a
victus.

Palicia
veteris
Gallorū
miles
cū suade
re pugnam.

Praelij aleam non temerè subiturus Franciscus videbatur; ut qui novis vastisque operibus ad aggeres, fossas, ac propugnacula castrorum adjiceret indies; nec loci æquitate tantum, sed & commeatū abundantia hostes vinceret; ut qui suos contra hyemis inclementiam, omnemque aëris injuriam latis templorum porticibus testisque collegisset, Ticinum gemino junctum ponte ad frumentandum in potestate haberet, militem aleret nullā stipendiorum indigentia exacerbaturum. Piscarius ut pugnandi necessitatem hostibus imponeret, incredibili vigilantia atque audacia Gallorum opera stationesque explorabat; nec diurnis nocturnisque tantum, pro loci commoditate, velitationibus; sed justis quandoque praelijs hostes fatigabat: factumque, ut dum umbratili per tenebras irruptione castra diversis partibus lacerasset, ipse inopinato eventu vicinis extra castra stationibus expugnatis, intra valla cum effusè fugientium turmā admittis sit, tormenta que Præfesto capto occupavit. Dubium nulli erat, quin eo tempore debellari castra regia potuissent, nisi ad fortunam hanc imparatus Piscarius, nullis post terga subsidiarijs cohortibus accessisset. Ita locum deserere coactus, lætari hoc casu magis, quam uti potuit. Nox tamen ea cæci terroris discriminisque plena Gallorum audaciam alacritatemque vehementer attrivit. Quamquam & gens brumalis injuriæ vigiliarumque inter hostium incertos conatus ducendarum impatiens, aperto campo semel simulque experiri hostilem vim mallet, quam ijs perpetuò calamitatibus vitæ, victoriaque spem extendere.

Neque Franciscus ingentis animi, suæque propemodum fortunæ securus Imperator, pugnam defugiebat, quam sibi non minori fiducia, quam Casari Piscarius addixerat. Ergo proximas in subsidium cohortes designat: Salassum Principem, devicto interceptoque Hugone Moncadâ, non infeliciter contra Genuenses pugnantem, Savonâ accersit. Tramulium Mediolano cum magna præliarij militis parte adesse jubet: Mommorantium, nonnullis ad insulæ custodiam relictis, advocat. Quamquam Salassus intercepto aditu, castrisque quatuor millium copijs, parem cum Moncada sortem inter vincula adierit, tanquam alex, sic belli casu: mox victor, & subito victus. Ita collecto citra Ticinum exercitu, intra castrorum septa Rex substitit, quæ fossis vallisque præaltis exurgebant, præterquam latere dextero, quod muro Circi defensum satis tutumque videbatur. Plerique Ducum, qui bellicis artibus experimentisque clariores apud Gallos censebantur, Galeacius, Trivultius, & Palicia Franciscum à pugna consilijs ac discrimine avocare conati sunt. *Quid enim perinde stultum ac temeritatis plenam, inquit Palicia, quam regij capitis, & universæ simul Gallia fortunam, dignitatem atque incolumitatem unius certaminis periculo obycere? Quid festinamus cum vitæ salutisque discrimine ad incertam victoriæ possessionem, quam sine praelio ac sanguine certam penè atque exploratam habemus? Cùm solâ hostes morâ profligare possimus, quid ardua & cades quarimus? Rerum necessariorum ad longum bellum desperatio adversarius*

rios

rios ad pugnam evocavit. Militem in castris frequentem spe solâ alunt stipendiorum prædaque, quam sibi ex nostra clade pollicentur. Vicinus, si non pugnamus. Neque enim à Casarianis ducibus stipendia, quæ nulla suppetunt; neque à nobis prædam, si pugnam detredabimus, expectare poterunt. Ne rogo desperatis ferocissimisque gentibus, majori numero præmioque victoria certantibus, fractus jam longâ obsidione copias opponamus. Noster exercitus morâ attritus, morâ valescere rursus poterit: ille, quas impetu vires collegit, admittet tempore; ubi magnas pollicitationes inani spe vanescere sentiet. Inutilis modò nobis illa militum ad pugnam alacritas fuerit, ubi cunctatione vincendum est. Abeamus Ticino, atque extra vim indaginemque hostium, Bisnaco tutiori loco castra applicemus, minor certè nobis unius jactura urbis, quam totius exercitus futura est. Implebimus longâ obsidione exhausto queruloque, atque ad præmium militia aspirantium numero castra hostium, qui sopitas utcumque seditiosarum cohortium voces, suâ rursus miserâ ac querelis facile excitabunt. Muta igitur consilium, O Rex, & cogita hosti nonnunquam opportunè cedendum esse, ut denique cedere ac vinci cogatur. Plus hæc oratio admirationis atque autoritatis habuit, quòd ab homine nequaquam timido, sed præferoci, atque ad præliandum semper prompto dicta esset, ut iccirco ex ratione magis, atque experientia, quam naturæ impellentis affectione profecta videretur. Eadem Regis Legatus Româ ex Pontificis sententia perscribebat, eadem Francisci avunculus Rhenatus Sabaudius studiosè monebat.

Unus ex regis ducibus Bonivettus, qui solerti ingenio multisque artibus intimam Francisci familiaritatem occupaverat, hanc opinionem acerrimè, non tam rationum pondere, quam alienæ invidia accusacione oppugnabat. Quid, inquit, à senibus his, annorum jam pondere, ætatisque vitio ad pugnam frigescentibus, præliandi consilia expectamus, quibus ego sexcentos opponam metu vacuos, atque ad decernendum ferro inflammatos? Nesciunt illi, quantum Gallico nomini ac præsertim Regi, tot sapientia virtutisque titulis nobilitato infamia conciliant degeneri hæc atque ab omni remotâ laude sententiâ. Vidimus olim Galli Regis præsentiam ad victoriam sufficere. Testatur hoc ad Tarrum Carolus, ad Abducam Ludovicus: testaris ipse bis jam Mediolani, atque hostium tuorum victor, quos nominis tui famâ magis, quam ferro terruisti. Antædet vincere, qui ab urbe jam ad desperationem inclinata cedimus, tantâ impensarum temporisque jacturâ? His castris abire non possumus, quin totâ abeamus Insubriâ, sine pugna prostigamur, modò cesserimus: sine pugna etiam vicinus, modò steterimus. Hæc valla ac munimenta castrorum pro nobis pugnant, si consistimus; sin abimus, ne milites quidem, quibus metu nostro, ille, quem conceperant, pugnantis ardor refrigescet. Quos, obsecro, qualesque viros opponimus irrupturis in castra adversariis? Germanos Germanis; sed veteranos recentibus: addimus Helveticos antiquo Germanorum sanguine nobilitatos, quem & nascentes acceperunt, & suderunt pugnantes. Italis obvicinus Italos, Hispanis Gallos, hos tantò felicitiores animosiorisque, quòd cum Rege, capite suo, dimicaturi sint pro capite. Franciscus excelsâ animi magnitudine fretus, quanquam anxîâ deliberacione suorum Ducum consilia expendere, tamen ea sibi imprimis sequenda est arbitratus, quæ cum honore atque existimatione regis virtutis essent conjuncta: cum periculo igitur certare, quam cedere cum dedecore maluit.

Bonivettus pugnam suadet, cuius sententiâ ut magis gloriosâ Franciscus amplectitur.

An. Ch. Porro Cæsariani, ac præsertim Piscarius omnem ad conferendas manus oc-
LXV. casionem explorabant. Cum verò castrorum propugnacula absque ingenti suo-
Cæsaria rum clade penetrare non possent: visum est Piscario, effracto Circi muro Mara-
ne Pesca bellum palatium expugnandum esse; quod venationibus aucupijque in medio
rio auto- Circi eductum, partem unam castrorum muniebat. Salsedo subruendi muri ne-
re murū gotium Piscarius dedit: quod magni laboris opus, arietibus denique integrarum
Circiper. cohortium vi adactis, ægrè per noctem confectum est.

fastigium, Vastio deinde patrueli fortissimo Duci, Mirabelli oppugnationem impera-
Et Mira- vit, rem discriminis plenissimam; ut familiares mirarentur, taciteque reprehenderent,
bellum quod heroem tantum, nec sanguinis quidem religione motus, in tam
Palatii manifesta pericula conjiceret. Verùm ille egregius difficultatum contemptor,
occupat. hanc suam ratus gloriam, quòd præ ceteris servaretur ad ardua, exultanti similis,
Vastij fortitudo fortunam audaciæ comitem sortitus est, ac præter suam hostiumque expectatio-
Et flici- nem absque offensione Mirabellum attigit, tantæque illud virtute aggressus
tas in oc- est, ut perfracto superatoque aditu, Gallos defensores possessione dejecerit, si-
cupande gnæque illic fixerit Hispanica: ingenti prædâ ex congestis in arcem mercato-
hæsiim rum opibus, regiâque, quæ hinc asservabatur, supellestili potitus.

LXVI. Piscarius hoc fretus successu, nil cunctandum ratus, dubiâ etiamnum luce
Piscarius cohortes inducit, tunicis interulis super arma conspicuas (quod suis familiare
copias in signum fecerat) ut hæc etiam imagine majoris, quàm pro numero, exercitûs ter-
Circi ad- rorem insipientium Gallorum oculis animisque ingereret.

versus Inexpectata hæc Cæsariani exercitûs audacia, non Gallis modò; sed & Italis
Gallorū castra du- fuit: quæ etiam Romam usque cum admiratione penetravit. Ubi Pasquinius
cit, ine- nuper, cum ad primum Gallorum in Italiam transitum, relicto Hispani campo
spectato murorum sese receptaculis abderent, sic per ludibrium in affixo schediastinate
Roma nū- nugabatur: Num quis Hispanum in Italia vidisset exercitum? amissum ubique quæri:
tio, Et per repertori sua manere premia. Et verò tam repente emergere, velut Cædæum, è
ludibria fulcis militem, qui haud multò antè Gallis longè inferior, nec subire quidem
factato. campum ausus, nunc etiam suis in castris Gallum circumvallatum lacessere non
modò; sed & invadere audeat; hoc, Martis quaecumque in peritis ducibus ex-
perimentum planè videri eximium. Quare & nonnemo Hispanorum fautor, ubi
fama hujus facinoris Romam invalisset, sic famosum ejus urbis idolum re-
spondere ad nuperrimam quæstionem fecit: Repertum modò Hispanum militem, evi-
golasse de strato, & mane suo amictum indusio visum adire in castris Regem Galliaque pro-
ceres, ut salutatis locum indicaret carceris præparatum. Ita incruentis Romæ dicte-
riorum velitationibus tanquam in comœdia ludebatur, quando Mars cruentam
planè apud Insubres tragœdiam adornabat.

Franci Jam toto sese exercitu Hispanicus Germanicusque miles in Circum, versus
scua Rex castra Gallorum effundebat, petiturus hostem, qui nuper ad pugnam, sed immat-
Gall im- turis etiamnum rebus, provocaverat. Nec Franciscus illæ quicquam adver-
perlorri- riorum turbatus audaciâ; verùm præsentis animi infractæque virtutis consilia
tus oc- secutus, exercitum vallis castrorum eductum, rectâ ad Mirabellum tendentibus
curris. obji-

objicit: ut occupatæ arcis præsidium, opportunitatemque in pugna præriperet. Eâ prægressus oris verborumque alacritate, ut ad victoriam magis, quàm cruentum suos certamen præcedere videretur: cum Heluetios Germanis opponendos, nihil infra ipsorum virtutem ausuros crederet. Nigram verò Germanorum ex suis Legionem, quam in Hispanos destinaverat, primo hos impetu obruturam persuasum haberet. Nèc sanè pugnae initiis par voto atque expectatione fortuna defuit: ut ex Jovii fidelissimi gestorum expositoris verbis malo exponere.

An. Chr.

Ex P. Jovio verbis autoris, in Piscario.

Erant (ut Jovii verbis utar) in postremo Casarianorum agmine Italicae cohortes septem, cum tribus Hispanicis, custodiae quinque tormentorum muralium præpositæ: eæ cum vix ingressæ Parcum reliqua antecedentium agmina aggre sequerentur quod aquoso loco devoratis rotis tormenta subsidissent; factum est, ut qui novissimi erant, primi omnium Gallia hostibus occurrerent. Eas namque Franciscus longè à reliquis copiis disjunctas conspicatus, eò confestim mittit Philippum Brionium & Fridericum Bozolum cum valida cataphractorum equitum manu, expeditisque aliquot tormentis, aggregantibus etiam se extraordinarijs peditum manipulis. Ii celeriter parent, & hostes sublevandis tormentis occupatos adoriuntur. Fit prælium atrox: sex cohortes quanquam singulari promptitudine dimicarent, neque tormentorum procellam, neque vim equitatus sustinentes, in proximam silvam se recipiunt; ut objectis arboribus insultantium equitum impetum evitarent. Ita Galli succis jumentorum cruribus tormentis potiuntur, eodemque impetu pervadunt in silvam: ibi inusitati certaminis iniquitate oppressus Sebastianus Squarcia vir eximia virtutis cadit, & cum eo strenui aliquot centuriones, atque signiferi, & cohortes quatuor integræ conciduntur. Ea res in oculis omnium prosperè gestaficuti Regis & Gallorum animos vehementer extulit: ita Piscarium, qui opem adferre non quiverat incredibili dolore affecit.

LXVII
Galli primo felices congressu tormentorum custodes profugant occupant quæ manus chinæ.

Sed contra vir pugnae avidus, conspecto regio exercitu quem, nequaquam in aciem è castris proditurum sperabat, veluti conceptâ victoriâ maxime est lætatus. Nec mora, Falcium notum equitem ad Lanoium mittit, qui admoneat in itinere subsistendum, rebusque omnibus postpositis & versis in hostem signis protinus esse confligendum: hoc item Borbonio & Nicolao Salma significat, seseque ad accersendum Vastium citato equo proripuit: sed etiam ille exemplo conspectis hostibus, relicto Mirabello ad Vernaculam regressus, densatis copiis in hostes signa converterat, cum in eo temporis momento, nequaquam prioribus mandatis parendum, sed novo consilio, quod casus offerret mature utendum esse judicasset. Itaque Piscarius, rectè, inquit, frater, quod volebam effecisti: idcirco ab læva ad hostes plenis passibus contende, & enitere audacter, ut abs tuo maxime cornu victoria feliciter oriatur. His dictis ad legiones Germanorum convolvavit, in quarum virtute ac robore summæ rei gerendæ & totius victoriæ momentum constare providebat. Interim Casarianorum levis armaturæ equitum manus audacter ad nigram usque legionem proventa à Germanis facile

LXVIII
Piscarius tamen interitus suos in hostem destinat, altero rursus impetu pulsos.

An. Chr. facile submoveretur, & in subjectam Vernacula vallem fœdâ perturbatione detru-
ditur: tormentaque item Gallica, citatis equis, admirabili solertiâ & celeri-
tate in omnes partes opportunè raptata, ita hostes petebant; ut Hispani demis-
sis etiam humi pectoribus vix depressio ris loci beneficio pilas evitarent, & La-
noius & Alarco paventes alas rusticanae casæ, quæ objectu ipso fortè protege-
bat applicare cogentur.

LXIX Tum verò Franciscus his veluti non dubiæ fortunæ initiis suo pte ingenio &
suorum hortatû vehementer incitatus, quin dato signo procureret, minimè
dubitavit, Idem ceteri faciunt & ante alios Palicia primi agminis ductor à
dextero cornû Cæsarianos equites impigrè adortur. Is Gallorum impetus
sicuti Lanioio gravis, atque terribilis fuit, ita postea multorum opinione visus
est victoriam è manibus Regis haud dubiè rapuisse: nam præcipiti eo diceflu,
non modo Heluetii nigrique Germani, nequaquam pari passu subsequentes, e-
quitum præsidio sunt nudati; verum etiam tormentorum usu magna ex parte
sublatus; cum libratores cessare cogentur, ne Regii agminis effusè præterve-
sti ictibus terga simul & latera verberarent. Ceterum ætate nostrâ ab equita-
tu nusquam alacrius atque validius est concursum; cum veterani utrimque
duces, & equites, flagrantibus animis, non de gloria modò, quæ una maxi-
mè veræ virtutis aciem exacuit; sed de Italiæ imperio dimicarent. Galli vndictæ
avidî, unum ante alios Borbonium, uti Regis & gentis, cum ignominia per-
fidia, desertorem, omnibus pugnae locis requirebant; cum ille ad tutiorem
promptitudinem, Pomperano familiari traditis insignibus, tunicati & privati
equitis habitu depugnaret.

LXX At Rex ipse argentea in trabea, cristis, & suâ maximè proceritate conspi-
cuis, cohortantis ducis & strenui bellatoris munus implere, hostilem aciem con-
citato equo perumpere, aggredi obvios, & purpurâ auroque præcipue insi-
gnes. In eo tumultu Ferdinandus Castriortus, qui originem à Macedonia Regi-
bus ducebat, dux illustris, regia manû confossus cadit: sternitur & Vgo Car-
donius alæ Piscarianæ legatus: Vexilla duo discerpuntur, & Noricus equita-
tus, quem Ferdinandus Cæsaris Frater auxilio miserat, dum impigrè pugnam
subit, & constantissimè repugnat, gravi acceptâ clade profligatur. Ita, ut jam
penè Laonii atque Borbonii signa & agmina nutarent. Nam vel ea re Gallus
numero & viribus superabat, quòd Cæsariani cataphracti levis armaturæ mili-
tum subsidiis carebant: siquidem ex tribus agminibus primi cum Vastio ad Mi-
rabellum processerant: secunda ala (ut diximus) à nigris Germanis fœdè pul-
sa refugerat, tertia autem relicta extra Parcum, Duce Guidone Guaino, totius
exercitus impedimenta tuebatur. Ala quoque illa mirifica nobilium Italo-
rum & Hispanorum ipsi Proregi peculiaris, ut quæ prælio non interfuit, nulli
erat adjumento, nam Lanous Vererium Belgam adolescentem consanguine-
um suum eius alæ Præfectum extra Parcum murum subsidere, nec se ullo modo cõ-
moveere præceperat, donec ab ipso per certos nuncios confurgendi & pugnandi
signum acciperet. Sed commissa statim exardente pugna cum Laonius, in re præ-
senti atque

Quidam
Lanoius in
curia ex
tra pugnae
locum re-
lictus.

Felicitor
tamen cû
Rege pu-
gnat, &
Noricum
equitatu
aliorum
præsidio
definitur
varis le-
gionibus
varie
sparsis,
profligat.

Gallus
cum Rege
equitatus
nimio
provus
lans im-
peru, pe-
ditatum
Germani
Helvetii
que male
suo nudat
præsidio.

fenti atq; terribili, cunctis sensibus atque memoriâ vehementer occupatus neminem, qui accerseret omnino mitteret, adolescens patruî ducis iussis & disciplinæ præceptis omnino parendum existimans, usque ad pugnae exitum immotus constitit. Nec ullâ equitum obtestatione, vel increpatione potuit adduci, ut in aciem prodiret. His de causis laboranti Lanoio & vix Regii agminis impetum sustinenti.

Piscarius, qui admirabili præsentique prudentiâ, ac intentis maximè oculis cuncta lustrando, huc & illuc singulis difficultatibus occurrebat, Hispanos sclopetarios circiter octingentos subsidio mittit, qui repente circumfusi à tergo & à lateribus, editâ terribili pilarum procellâ, ingentem equorum atque hominum numerum prosterunt. His etiam appropinquat hastatorum gravis armatura, atque ira, certo præsidio tuti, audacius plumbeis glandibus incessanter rem gerunt. Quo accepto incommodo Regii, dum consistere conferti nequeunt, & expassis alis, minore cum periculo, repugnare, se posse existimant, dissoluta acie dissipantur. Sed dum huic consilio fortuna infestior occurrit, ira & pudore conglobati rursus in sclopetarios deferuntur.

At Hispani natura agiles, & levibus protecti armis, retro sese celeriter explicant, eorumque impetum tortuosis discursibus eludunt, auctique numero, ut erant, cum longo usu, tum novis Piscarii præceptis edocti, manipulacim in toto campo sine ordine diffunditur. Erat id pugnae genus per se novum & inusitatum, sed in primis sævum & miserabile, quod magna rerum iniquitate præoccupantibus sclopetariis, præclaræ virtutis usu? in equite penitus interiret: nec ullâ, vel fortissimæ dextræ, diu proficerent, quin conferti à raris & paucis plures, & clarissimi sæpe duces, & equites, inultâ cæde, passim ab ignobili & gregario milite sternerentur.

Ab alia quoque parte, jam Vastius promotis à dextero cornu cohortibus, & inductâ alâ equitum cum Anneo Mommorantio prosperè conflixerat, profligatoque per sclopetarios eius equitatu ipse ante alios interfectis libratoribus, tormentis hostium fuerat potitus. Accidit autem in eo concursu (quod non videtur prætermittendum) ut Vastius & Mommorantius; qui postea summi duces evaserunt, sicuti ab utroque accepimus, peracri singularique certamine aliquandiu dimicant: eo quidè eventu, ut non multò post Mommorantii equus Castellii manu vulneratus concideret, atque ipse demùm ab Errera Centurione caperetur.

Eo rerum successu Vastius factus alacrior, minorem Helvetiorum aciem, tormentorum amissione & fugâ equitum absteritam, & ob id hæsitantibus animis pugnam capeissentem adoritur. Tum verò, incredibile dictu, videre licuit gentem, paulò antè ab excellenti probataque virtute campestri præsertim in acie formidandam, cum decoris & disciplinæ, tum innatæ ferociæ penitus oblitam, inclinatis hastis, pugna detrectare, & metu mortis egregiæ, ab infami fuga turpissimum interitum, præalto in flumine, quæritare, frustra eos retentare confirmareque magnis obtestationibus conante Florantio Sedanio, qui genti familiaris, & dignitate equitum Mareschalchus cum peculiari ala cataphracto-

LXXI

Hispani

sclopetariis à

Piscario

submissis

cladem

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

reponunt

An. Chr. rum, dimissis omnium equis, in prima acie se pugnaturum profitebatur; adeo, ut pristinum illum immanium corporum ac animorum vigorem cœleste aliquod infestum numen, aut certè fatalis is Regi dies eripere videretur. Nec minori deformitate eundem fugæ exitum tulit altera Helueticorum acies: quæ, uti numero cohortium plenior aliquamdiu immota constiterat; sed cum circumfusis undique selopetariis perpetuo quodam pilarum imbre eminus obrue-

LXXV.
Dux He-
lueticorū
D. espā-
chius, in
mentis so-
hostes,
quàm fū-
gam con-
jicere
maluit.

retur, & promptissimi Centurionum, ut plerumque accidit, in ipso primo ordine cecidissent, conspectâ demum strage regii equitatus, abjectis hastis, terga vertit. Ferunt Joannem Dieispachium, qui summam inter Helueticos duces auctoritatem obtinebat, cum cohortes ne tentato quidem certamine turpiter fugientes intueretur, & obversus, ac iratus signiferos increpando cadendoque sistere nequirit, gravissimo compulsus dolore tantæ acceptæ cladi ac ignominia superesse noluisse, in eoque præsentis animi decreto, pervadentem in confertos hostes, honestissimè cecidisse. Hanc tamen cladem Heluetii, qui superfuere Alanconio Regis sororio, acceptam referebant, quod ille, ubi parum strenuus & diu inclinantis prælii spectator, dum ardente adhuc pugna, cum integro tolius postremi agminis equitatu in fugam sese proriperet, Heluetiam aciem egregiè densatis ordinibus prælium subeuntem, transversâ & præcipiti impulsione per-

Alanco-
nium Re-
gii sorori-
us ab He-
lueticis. ig-
navia ac
cusatus.

Ceterum à dextero Gallorum cornu uni omnium peditum Nigri Germani, ut in ipsa salutis atque Victoriæ desperatione, cum Germanis accerrimè & constantissimè depugnarunt: eoque majoribus prope odiis, quàm viribus, quæ summæ erant, sunt congressi, quo efferatis diurnâ dissensione animis, neutris, qui paululò loco pulsi pedè referrent, ulla omnino spes veniæ aut militaris misericordia relinqui videretur. Indignabantur Cæsariani, quod Nigri contemptâ & irrisâ Cæsaris Majestatem, spreteque auctoritate Germanici nominis, pro Gallo vetere hoste mercenariis armis, fratres consanguineos obsessum atque oppugnatum venissent. Ex adverso Nigri maximè decorum existimabant pro eo Rege, qui multis annis ipsos liberalibus stipendiis aluisset, fortissimam operam præstare, tueri sacramento fidem, & nihil omnino admittere, quod veteranis militibus indignum foret. Nec hercle ex his quitquam erat, in eo haud dubie supremo vitæ actu, conatuque bellici operis, qui insultantis fortunæ injuriam inultatâ virtute & decorâ morte vindicandam non duceret. Cum appropinquarent acies & miro silentio gradus inferretur, procedebat solus ante Nigrorum aciem Longamantes ab Augusta Vindelica nobilissimus Dux, Georgium Franispergum & Marcum Sithium elatâ manu, & clarâ voce ad singulare certamen provocans. Sed is atroci murmure refuratus, & multorum simul peritus telis citò concidit, abscissamque eius cum armillis & annulis manum ovanti similis gregarius miles ostendit. Tum vero sublato clamore à Cæsarianis alacriter est procursum.

LXXVI
Nigri les-
gio Ger-
manorū
à Gallis
stantium
genitus à
Germani
Cæsaris,
tanquam
perfidus,
ad inter-
necionem
quæritur

LXXVII
Piscarius
aliquos
vulneri-
bus jam

Erat in medio campo dum utraq; acies coirent, ipse Piscarius in equo subli-

mis

mis, sed pedestribus armis protectus sæpe orans Franisbergum, ut gradum intenderet, eumque commemoratis superioribus præliis, in quibus eius viri virtus enitisset, adparandam omnium maximè opimam & memorabilem victoriam accendebat. Itaque concurrente utrâque acie, dum in adversos equum adigit cuspide per apertam galliæ recepta in facie vulneratur, confossoque demum equo sinistrum ei crus alabardâ * trajicitur. In eo terribili armorum fragore haud dubiè suorum pariter atque hostium armis fuisset oppressus, nisi ægre eluctnaè tem familiaris primo eques, & demum centuriones & signiferi propiores magno conatu ereptum servassent.

Interea Franisbergus & Sithius admirabili peritiâ, ad includendos hostes exporrectâ utrinque acie, legionem in medium sinum exceptam duobus statim expansis & recurvatis cornibus præcingunt, eamque pertinacissime resistentem in medio totam contrucidant: ita ut una tantùm tribus legionibus opposita, & ob id infelici virtute repugnante, nemo penè Nigrorum evaserit. Perière ibi, præter Longamantem, ante primos ordines Richardus Suffolchius Regulus, cui Albæ-rosæ cognomen fuit, ad quem plerique, & præsertim Galli, Britannici regni jura pertinere prædicabant: & ab aliis propter regii nominis dignitatem & bellicarum rerum peritiâ, Nigræ legioni fuerat præpositus. Franciscus item Antonii Lotharingæ Principis Frater, eximiæ indolis adolescens, qui in primo ordine, ante alios armis & cristis conspicuus, locum poposcerat: duoque item Germani Reguli Hortenbergius atque Loffenius militiâ illustres: & Teodoricus Scombergius Nicolai Antistitis Campani frater equestri dignitate, & propter industriam excellentis ingenii, legationum etiam honore insignis.

In hunc modum diversa in parte dum fugantur Heluetii, & Germani concidunt: eodem ferme tempore regia acies à Sclopetariis simul, & ab equitatu, hastatis etiam succedentibus, perrumpitur. Tum vero quisque dux insignis & illustris eques, ad protegendum eripiendumque Regem concurret: plerique desiderio navandæ in oculis Regis supremæ operæ, loca atque agmina sua relinquunt. Palicia dum suffosso equo, annis ac armis gravantibus, ad Helvetios ægrè se recipit, ab equitibus intercipitur. Sed eum jam supervenienti Castalio traditum Vaturtes Hispanus, quasi tanti captivi pretium & laudem equitibus invideret, apposito ad thoracem crassiore Sclopeto crudeliter interficit: trajicitur duplici vulnere & ipse Tramulius, multarum palmarum vetus Imperator. Galeacius item Sanseverinus, dum singulari peritiâ huc & illuc adacto equo hostes submovet, & præclarè decerrat, in conspectu Regis cadendo, quod regiæ gratia & famæ inclyti nominis debebat, honesto vitæ exitu persolvit, cum procumbente equo laberetur, proximum sibi Guliermum Langeum illustrem equitem, in supremo casu opem ferre cupientem, appellans; sine me, inquit, Fili, fato meo fungi & quàm celerrime potes, hinc ad protegendum Regem recurre, nominisque mei & honesti exitus memoriam, si evades pie amiceque colito. Erat pugna omnium maxime funesta & magnopere iniqua Gallis equitibus

1523.

cuis agrè
mortis eris
piscur.

*bipenni

LXXVIII

Nigra le-
gis con-
clusa à
Germani-
s concii-
ditur
multorū
illustriū
clade.

LXXIX

Regia a-
cies mag-
na clade
præcipuo-
rum Du-
cum per-
fringitur
Hispaniæ
grandio-
rum sclo-
petorum u-
su maxi-
mè pene-
transibus

Palicia,
Tramu-
lius, Ga-
leacius
ac Lan-
geus Dia-
stores ca-
dunt.

An. Chr. nam à circumfufis & expeditis Hispanis, in omnem partem ad lethales ictus, pilæ plumbeæ spargebantur: quæ non jam tenuioribus (uti paulò antè erat solitum) sed gravioribus sclopetariis, quos vocant arcabusios, emiffa, non cataphracturam modo sed, duos sæpe milites, & binos equos transverberabant; sic ut miserabili nobilium equitum strage, & morientium equorum cumulis constrati cãpi, & alarum virtuti simul offererent, si densato ordine irrumperè conarentur; & passim veluti objectis aggeribus, si cui decore vita potior foret, minime expeditum ad fugam iter præberent. In tanta rerum iniquitate Vilermus Bonivettus Amiras aliquandiu discurrendo & cohortando Heluetios, & equites in fugam inclinatos confirmare conatus, cum haud dubie adversam eius prælii fortunam agnosceret; nec tantæ cladi, cuius ipse præcipuus fuisse auctor diceretur, ad pœnam vel ignominiam superstes esse vellet, gravi & obstinato pudore in medios hostes incurrit, atque ibi quòd apertâ galeâ discurrentium & imperantium ducum more uteretur, jugulum mucronibus objectans, est interfectus. At Franciscum, nudatum omni fere præsidio alarum, & custodiâ corporis, tot circum interfectis, & ceteris circumquaque palantibus sese eripientem, mixti ex variis turmis aliquot equites, uti habitu insignem persequuntur.

LXXX
Rex Fran
ciscus
strenuus
pugnans
ab Hispani
is capi-
tur

Lanoio
maxillæ
quam
Borbonio
tradi.

Mileses
avide
spolium
ex Rege
capti

Nec Rex impigre seipsum deserit, quanquam ab equo & à fortuna deserebatur: passim inflexo equo cum insultantibus gladio rem gerit, illarisque aliquot, & acceptis vulneribus, strenue repugnat, sed dum ad proximum rivi pontem contendit, confosso & corruente equo, sternitur. Primi omnium Didacus Abila, & Joannes Vrbieta Cantaber super gravante equo jacentem circumstant: nec ad huc planè cognitum intentatis gladiis ut se dedat, ni perire matit, cohortantur. Interim superventu Mottæ Anoyerii Galli, qui erat Borbonii equitum Præfectus, de facie noscitur: quanquam erat ex vulnere totum os manante sanguine fædatus, sed dum Motta, ut se Borbonio dederet, qui non procul abesset, hortaretur, Rex ad proditoris nomen indignabundus, ac imperanti similis, accersitore, inquit, Lanoium: isque dum Motta ad Borbonium pervolaret, undique voce & discursu militum quæsitus, opportunè supervenit, summotâque incumbentium turbâ subtractum equo, exporrectâ dextrâ sublevavit, præoccupanti Abilæ Chirotheca ferrea traditur, proximi paludamentum infrusta discerptum abripiunt, alii balteo & calcaribus potiuntur, quàm quisque aliquid ex Regiis exuviis rapere properaret, quod mox ad decus, perendaque præmia, non obscurâ fide possit ostentari. Capto Rege, undique à Cesarianis victoria conclamatur: Gallis animus concidit: fit fæda fuga in omnes partes: Heluetii pecorum modo paventes dum cæduntur, Ticino flumini se committunt, natandique prorsus imperiri fædâ & miserabili colluvione connexi impeditique agminatim gurgitibus rapiuntur: alii suplices projectis ad terram armis salutem petunt. Rex armatus, uti erat, in humili asturcone cum à Lanoio in castra duceretur, Alphonso Vastio sit obvius. Is tum forte à persequendis Heluetiis redibat, ut de Piscario, quem falso cecidisse ferebant, certius agnosceret.

Nec

Nec mora, Vastius ab equo properè defiliit, & regiam dexteram apprehen- 1524 *
dens, custodientium & aggregantium sese ulro militum coronam latè sum-
mouet, ita ut his pudorem injiceret, qui nullo propè respectu majestatis, a- LXXXI
deo arcè jam captum Regem custodirent. Tum verò Franciscus haud parùm
ejus conspectu recreatus, silentium exsolvit. Eum enim, cum juvenæ flore &
specie corporis, tum virtutis & omnis militaris elegantia laude insignem, uti
præclarus vel in hoste excelsæ virtutis æstimator, vehementer adamabat. Con-
solanti Vastio magnitudinemque animi & humanitatem in Carolo Cæsare plu-
rimùm attollenti: *Statueram, Rex inquit, non indecoro casu inter armatos concidendo, animū ab hac tantæ rerum mearum acerbitate vindicare, ne tot clarissimorum meorū Ducum funeribus superessem, sed Fortuna jam pridem nomini nostro iniquè & peracerbè infensa, ut vitam invito ad illudentis fortuna spectaculum reservaret, honestissimam mihi mortem invidit: hoc uno tamen memet in tanta cladis memoria consolabor, quod nulla mihi in posterum fortuna vis erit pertimescenda: quandoquidem illa savissimè semper suens, nec tot cumulatis cladibus unquam abunde saturata, nunc tandem reliquas supermi odii faces in publico totius Gallia luctu, & summa mea ex tanti infortunii casu jactura restinxerit.* His verbis, non modo ipsis victoribus singulari affectis lætitiâ lacrimas propemodum excivit; sed circumfusorum etiam omnis generis militum animos tantæ victoriæ reputatione usque adeo confudit, ut facile à cædidibus & ab ipsa etiam prædâ, ad tanti Regis capri spectaculum undique verterentur.

Ductus est in Gallica castra ipso imperante, ne à Ticinensibus, quos summis affecerat detrimentis, & à ferociente prædario milite, tanquam diurnæ obfidionis incommodis vehementer afflicto, ad ludibrium in ea fortūa conspiceretur. Ibi ea vulnera, quæ in aversa parte femoris, & in dextera summaque gena acceperat, facile curavit: aliquot etiam pilarum ictus duplici thorace ita egregie sustinuerat; ut cum Christi Crucis frustulum aurea conclusum bullâ ferret; quod plane foret servatus in miraculum à piis hominibus refereretur, quæ universa Jovii verbis exhibui. * Nec multo post ad Pisleonem in custodiam est deductus, ubi cum Regem Piscarius summâ humanitate inviseret, ac prolixè moderationem & lenitatem Cæsaris anxio atque inter spes metusque ingentes deprehensio Regi exponeret; mirum est, quantum extremis calamitatibus ægro solatii dederit; cum ex tanta victoriæ felicitate non opes regnaque sollicitè quaesiturum, sed gloriæ solius possessione, pulcherrimisque usurpatæ in hostes clementiæ titulis acquieturum existimaret: quod eam sibi Austriacæ familia potissimum vindicaret laudem, quæ ab humanitate mansuetudine in hostes non minus quàm subditos duceretur. Postquam tam inusitatæ felicitatis nuntium Carolus, minimè arrogantis elatique animi argumentis excepisset, sed modestiâ singulari (quâ illum volubilis ambiguaeque fortunæ favorem magis Superis, quam suis meritis, aut virtuti acceptum ferret) omnem triumphalem apparatus recusasset, triduumque insigni pietate, inter solennes publicasque compressiones, exegisset; ut illustrius nunquam triumphare, quàm sine triumpho his

LXXXI
Vastius
honorifice
Regem ex
cipiens
eundem
erigit.

Regis ad
Vastium
oratio.

Rex ex-
fissa
dia man-
datus,
solante
eū uter-
redemp-
tionis spes
Piscario

* hincm qd
Jovius

Carolo
egregio
destra
triumpho-
are na-
lant sed
gratias
egit.

An. Chr. virtutum exemplis potuisset. Quam verò interea orthodoxa per Germaniam Ecclesia jactatione à Luthero eiusque alleclis, in varias sectas divisus, perpessa sit, dū Catholici inter se Reges non necessariis armis ambitiose collidebantur, in sequentem librum annumque rejicere malimus; ut juncta rerum gestarum serie, historia illius novitas veritasque magis illucescat: nec Lectorem ille sapius dolor recurrens vellicet; quod pro terrenis hisce regnis tanta contentione à summis Ecclesiæ principibus decertetur, eorumque animos cœlestis amplificatio defensioque regni levissime sollicitet, nisi tum fortè, cum ex religionis præcipitio imperia quoque periclitari sentiunt, præpostero sanè studio, cum Ecclesiam fidelium tuentur propter regna; non ut par esset, regna propter Ecclesiam. Alius plane hac tempeltate Davidis Æthiopiæ Regis sensus, qui cum Sofio Persarum Rege literas in Europam, pro Concordia principum Christianorū, armisque contra Turcam jungendis dederat: & is quidem per Episcopum suum Zagazabo significavit fidem se Christianam ab Eunuchis Candacis Reginae traditam tueri, summoque Ecclesiæ Capiti Pontifici Romano & debere & offerre devotam obedientiam, atque ut Christianos Principes sua autoritate adversus Mahumetanos conjungat, vehementer exoptare. Quo argumento & Persarum Rex ad Carolum Imp. ac Ferdinandum Regem flagrantis literas destinavit. Sed ut presentia magis quam remota oculos animosque subeunt: ita Carolus Francisci æmulatione distractus, ac successu bellorum lætus, ad fortunæ ex propinquo blandientis favorem vela explicabat.



LIBER